


THE LIBRARY OF CONGRESS
1800







IN

HERMETIS TRISMEGISTI

QVI APVD ARABES FERTVR

DE CASTIGATIONE ANIMAE LIBELLVM

PROLEGOMENA VNA CVM CAPITIBVS NONNVLLIS

NONDVM EDITIS.

DISSERTATIO

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN ALMA LITERARVM VNIVERSITATE

FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XVIII MENSIS MARTII A. MDCCCLXXIII HORA XI

PVBLICE DEFENDET

O. BARDENHEWER

BONNENSIS.



ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

IOSEPHVS FELTEN STVD. THEOL. CATH.

ARNOLDVS LVETZENKIRCHEN STVD. LIT. ORIENT.

PAVLVS PIES STVD. THEOL. CATH.

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGI.

Libellus in quo edendo, vertendo, illustrando opusculum versatur priore eaque multo minore ex parte nuper in lucem prodiit, altera ex parte adhuc in codicum manu scriptorum tenebris latuit. Iam I. I. Reiske a. 1736 industriam in eo collocavit et priorem eius partem e codice bibliothecae senatoriae civitatis Lipsiensis — inter codd. arab., pers., turc. n. 297. (29.) fol. 73^{v}—155^{r}; apud Naumannium Cat. librorum mss. qui in bibl. senat. civ. Lips. asservantur. p. 535 — in Latinum vertit, quae versio foras data non est, sed in eiusdem bibliothecae scriniis remansit[1]. Deinde vero V. Ill. FLEISCHER eundem codicem Germanice reddidit: *Hermes Trismegistus an die menschliche Seele* in Illgenii *Zeitschrift für die historische Theologie. Bd. 10. (Lpz. 1840.)* p. 87—117, triginta autem annis post collatione codicis Vaticani — inter codd. arab. n. 182. (153.) fol. 104—132; apud Assemanium Bibl. orient. Clement.-Vatic. III, 1. p. 283 n. 25 — qui eandem quam Lipsiensis libelli partem exhibet adiutus verba (eius partis) arabica typis mandanda curavit eisque interpretationem suam subiunxit novis curis retractatam: *Hermes Trismegistus an die menschliche Seele. Arabisch und deutsch herausgegeben von Prof. Dr. H. L. Fleischer. Leipzig 1870.* Qui libellus quum in universum talis sit qualem esse eum ex ipso scriptoris nomine conieceris, sane est cur mireris, me denuo idem opus aggredi ausum esse. Attamen facile excuser utpote qui, postquam primum reliquae tantummodo opusculi parti a Fleischero non tactae lucem afferre in animo fuit, tum demum consilium mutaverim quum novorum codicum ope adiutus Fleischeri aut lectionem aut interpretationem nonnullis locis mutare posse mihi visus sum simulque ea quae ad argumentum libri illustrandum collegeram sine ipsis scriptoris verbis exhiberi non posse intellexi. Ceterum aliud quid

[1] Plura de Reiskii curis exhibet Ill. Fleischer in prooemio scriptorum illico laudandorum.

non peto quam ut qui id quod tanti viri inchoarunt perficere conatus sim non prorsus indignus esse videar.

Priusquam librum ipsum aggredior, de codicibus manu scriptis quibus servatus est pauca praemittenda sunt.

Exordiar a duobus illis codicibus modo iam commemoratis: Romano et Lipsiensi. Quorum ille a librario originem duxit qui in exemplari describendo acrem quidem posuit curam, at propter inscientiam varia commisit menda. His autem mendis, si accuratius perpenduntur, demonstrari videtur exemplar illud cuficis exaratum fuisse literis [1], eamque ob rem in vetustissimorum codicum numerum referendum esse. In altera parte capitis sexti (§. 8) post vocabulum quod est والمبصرات, ab eis qui totum librum continent codicibus recedens, codex pergit فتنذ دّرى, exinde vero ex abrupto desinit ita ut quaedam intercidisse pateat[2].

Codex Lipsiensis ab antiquario profectus est qui et ipse in exemplo conficiendo magnam adhibuit diligentiam, minori usus est linguae arabicae scientia. Hunc quoque codicem partem tantummodo libri praebere modo iam dixi; eodem enim cum cod. Romano loco a ceteris exemplis deflectit, exinde vero iustum finem libro imponit qui in ceteris codicibus nusquam invenitur [3]. Ill. Fleischer l. l. p. V laudatos codices propter miram eorum inter sese convenientiam proxima iunctos esse censet cognatione. Cui sententiae prorsus assentior; sic autem quaestionem disso-

---

[1] Saepissime enim puncta quae vocantur diacritica praetermittuntur neque in vocabulis vulgaribus, immo in vocibus rarioribus formisque difficilioribus. Qua ex re elucere videtur, librarium in legendo exemplari dubium ac suspensum haesisse eamque ob rem qua fuit severitate puncta diacritica omittere maluisse quam perperam ponere. Aguntur autem eae literae quae in scriptura cufica inter sese non distinguuntur. Deinde vero falsae lectiones occurrunt quae quomodo irrepere potuerint e solo exemplari cufico intelligitur, veluti حرنة pro جودة. Alia sane quibus codex maculatus est menda non possunt quin iam in exemplari ex quo fluxit exstitisse existimentur.

[2] Quae primitus secuta fuerint illico e codice Lipsiensi intelliges.

[3] v. Fleischerum l. l. p. 34, l. 4 sqq. quam quidem clausulam eandem esse atque eam quae in cod. Rom. (ultimo folio, ut videtur, pessum dato) desideratur, eo efficitur, quod primum a quo incipit vocabulum (فتنذ دّرى) etiamnum in cod. Rom. exstat.

lutam velim, ut exemplum Lipsiense ex ipso exemplo Romano transscriptum esse statuatur [1].

Praeter codices Romanum et Lipsiensem in bibliothecis europaeis quantum scio quinque exstant libri nostri exempla. Duo et ipsa mutila sunt, quorum alterum in bibliotheca universitatis Upsaliensis — inter codd. arab., pers., turc. n. 489. fol. 76ᵛ sqq. — asservatur, alterum in bibliotheca academica Bonnensi invenitur, in quam illatum est ex legato Scholzii, professoris olim in hac universitate meritissimi, qui librum ex itinere orientali advexit.

Atque illud quidem solis fragmentis constat. *E quattuordecim capitibus* ut ait Tornberg Codd. arab., pers., turc. bibl. univers. Upsal. Ups. 1849. p. 312 *duo modo prima, pars prima tertii et ultima sexti, septimum, octavum, nonum et pars decimi adsunt.* Plura quam quae catalogus exhibet de codice non comperi.

Hoc plura praebet idemque semper praesto mihi fuit. De eo verbum fecit V. Ill. Gildemeister in annal. *Zeitschr. der D. M. G.* XXIV. p. 706—707, quare pauca addidisse satis habeo. Signa vocalium et geminationis rarissime addita, puncta diacritica raro quidem omissa, at saepe inepte adhibita sunt. Denique exaratus est codex non a viro docto, sed a mercenario qui ea quae transscribenda erant neque satis intellexit et negligentius transtulit, ita ut omnibus vitiis scateat. Fluxisse autem videtur ex exemplari syriacis literis expresso [2].

---

[1] Sane quidem in eiusmodi quaestionibus coniecturis campus patet amplissimus neque ulla opinio ab omnibus dubitationibus facile vindicari potest. Ita autem ut dixi eis potissimum locis quibus codices inter se discrepant res disceptari videtur, quippe quibus, ni fallor, in promptu sit librarium codicis Lipsiensis prorsus e scriptionibus codicis Romani pendere. Etenim ibi tantummodo rectum tenet ubi quid rectum sit lectione codicis Romani et orationis contextu extra dubium positum est, veluti pro وتحنبر حاله in cod. Rom. ipse exhibet وتخنّبر حاله praecedente لتعظيمه; plerumque autem eam scriptionem restituit quam librarius codicis Romani intendere vel commendare videtur quamvis in vitio sit, veluti bis in cod. Rom. التانى invenitur pro التالى, in cod. Lips. utrobique الثانى.

[2] Eae enim literae quae syriace una et eadem litera reddi solent saepissime inter sese confunduntur veluti ض ponitur pro ط et ظ, ك pro خ, non solum ت pro ث, د pro ذ, sed etiam ث pro ت, ذ pro د; adde quod iterum atque iterum ب invenitur pro ف.

Accedunt tres codices qui totum librum exhibent.

Primus Oxoniae exstat in bibliotheca Bodleiana inter codd. Hunt. n. 589. fol. 50—169 — Bibl. Bodl. codd. mss. orient. cat. I. codd. syr. p. 15 n. 75, 2 —. Est codex syriacis literis exaratus[1] qui quum initio et fine careat neque librarii nomen affert neque anni notam gerit. Et praefationis a nescio quo antiquario libro praemissae et ultimae partis capitis 14. (§. 14—15), Ill. Gildemeistero comissime intercedente, collatio praesto mihi fuit, a Cl. Etheo maxima cum humanitate confecta, secundum quam altero loco codex cum cod. Bonnensi adeo consentit, ut arctiore quadam cum eo coniunctus esse videatur necessitudine; quod quidem cum coniectura modo de cod. Bonnensis origine proposita mirum quantum convenit.

Alter invenitur Parisiis in bibliotheca quae vocatur *bibliothèque nationale* „ms. du suppl. ar.“ n. 93. fol. 142—203ᵛ [2]. *Le ms.* — scribit Cl. Zotenberg qui a Gildemeistero rogatus summa comitate et brevem codicis descriptionem et nonnullorum locorum collationem transmisit — *paraît être du XVᵉ. siècle; quelques ff. au commencement et au milieu du volume et le dernier ouvrage tout entier* (اخبار سكندس الحكيم), *à partir du fol. 217., sont plus modernes.* Si ex paucis atque angustis speciminibus totius libri coniecturam capere licet, codex satis accurate atque emendate scriptus esse videtur.

Tertius denique asservatur in bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae inter codd. Warn. n. 1148. fol. 71ᵛ—97ʳ [3], quem quidem codicem ut sat diu commode et libere in usum meum conferrem, intercedente summo magistratu regio DE GOEJE, clarissimus legati Warneriani interpres, qua est liberalitate gratiis et laudibus dignissima concessit. Exaratus est festinantius, manu expedita, literis minutioribus in universum satis perspi-

[1] Transscriptum autem eum esse e codice arabicis literis expresso falsae lectiones testantur quae ex exemplari carshunico exoriri vix potuerunt, veluti يتميق pro تتميق, مقتديا pro مقترنا, alia.

[2] Mentionem facit codicis B. de Montfaucon Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova. Par. 1739. II. p. 1042 c. in enumerandis libris manu scriptis bibliothecae monasterii S. Germani a Pratis.

[3] Cat. codd. orient. bibl. Acad. Lugd.-Bat. III. p. 310 n. 1432; est liber secundus e tribus qui eodem codice continentur; de primo agitur III. p. 166 n. 1207, de tertio IV. p. 288 n. 2085.

cuis nonnunquam lectu difficillimis. Vocalium et geminationis signa nec raro etiam puncta diacritica omissa, pauca posteriori, ut videtur, manu addita sunt. Sed id minus: maius quod non solum puncta diacritica saepissime perperam ponuntur, sed etiam gravioribus vitiis codex abundat. Teste subscriptione confectus est Constantinopoli a. $\frac{1064}{1654}$[1].

Imposterum codicem Romanum litera R., c. Lipsiensem l. L., c. Upsaliensem l. U., c. Bonnensem l. B., c. Oxoniensem l. H., c. Parisiensem l. P., c. Lugdunensem l. W. signabo.

Intelligitur ex eis quae praemisi praeter codd. R. et L. (secundum editionem Fleischerianam) imprimis codd. B. et W. me usum esse. Horum autem, ut dixi, neuter bonae notae est, immo uterque et plurimis et maximis maculatus vitiis. Accedit quod quattuor illi codices quam plurimum inter sese dissident. Quid? quod nec a pitibus quidem distribuendis sibi constant? Certe cod. B. suam et propriam rationem sequitur; plurima enim capita alibi quam ceteri codd. exorditur, capp. 11. et 12. in unum (12.) contrahit, cap. 14. in duo (14. et 15.) dissolvit. Perinde describendis locis in quae capita divisa sunt codices alius ab alio differunt; nonnulla in alio exstant, in alio desiderantur, nonnulla in alio alio ex ordine nectuntur. — Distributionem capitum in paragraphos ipse addidi. — Sed illa leviora: gravius quod in singulis enunciationibus, locutionibus, vocabulis maxima inter codices illos intercedit diversitas, atque ita quidem, ut cod. B. ad aliam quam codd. R. et L. referendus sit codicum familiam, cod. W. autem quasi medium quoddam inter eos teneat. Atque eis quidem quae cod. W. praebet verbis, modo mendis vacaverint, primas dandas esse duxi, quare eius lectiones aliis causis non vetantibus praeferre solitus sum.

Annotandam lectionis varietatem, codicibus in levioribus aeque atque in gravioribus adeo inter sese discrepantibus, facere non potui quin ad certos revocarem fines. Quam ob rem et ea quae in solis eisque manifestis atque apertis vitiis versantur et ea quae si sententiam spectas *ἀδιάφορα* dixeris missa feci, nisi

[1] E subscriptione ultimi eorum quos codex exhibet librorum — qui ad unum omnes eadem manu eodemque anno exarati sunt — patet, librario nomen fuisse سياوش بن عبد الله, ei in cuius usum librum scripsit صالح افندى (الفقير).

si alia quadam ex causa memoratu digna esse visa sunt. Ubicunque autem a codicibus recessi ipsorum lectiones semper exhibui, nisi vero tales fuerunt quales utrum et quomodo mutandae essent in promptu fuit. In paucis vero formis verbalibus quae ob orationem perpetuo ad animam conversam sexcenties occurrunt eaedemque in alio codice aliter scribi solent, missa diversitate, unum scribendi modum constanter tenui. Sec. pers. sing. fem. perf. quae in B. paene semper, in R. et L. autem raro tantummodo, in W. nunquam قَتَلْتِي scribitur (secundum scriptionem recentiorem) nullo non loco قتلت scripsi. Suffixis autem accedentibus, eiusdem formae vocalem *i* plene scripsi (قتلتيه, قتلتيها etc.), quippe qua in re omnes codices conveniant, nisi quod W. nonnunquam antiquam scriptionem قتلته, قتلتها etc. servavit. Denique quod codicis B. proprium est, formam تَقْتُلِينَهُ, تَقْتُلِينَهَا etc. contrahere in تقتليه, تقتليها etc., in annotationibus praetermisi. Alias discrepantias quae ad scribendi rationem faciunt semper annotavi. In universum autem exhibendae lectionis varietati non nimis modum me constituisse unaquaeque clamat pagina. Speciminis causa in ultima parte cap. 14. (§. 14—15), quo loco praeter codd. B. et W. collationes codd. H. et P. consulere mihi licuit, omnem scriptionis diversitatem textui adieci.

Disputatis codicibus manu scriptis iam ad librum ipsum convertor.

Argumentum eius versatur in admonitionibus animae [1] propositis et ad vitam spectantibus. In mores igitur conformandos scriptor incumbit; ea quae in sola cognitione posita sunt secundas tantummodo partes agunt vel potius omnino postponuntur. Doctrina autem quam profitetur prorsus convenit cum placitis Neoplatonicorum. Cunctis igitur monitis subest praeceptum fugae eorum quae sub sensus cadunt. Antehac anima conditione usa est vel maxime felici et beata; in mundo rerum

[1] Intelligas animam humanam, non animam scriptoris ipsius, quod librario codicis W. visum est qui librum exorditur قال افلاطون قدّس الله روحه العزيز في مخاطبته لنفسه الخ

sensibus subiectarum vitam trahit miserrimam, naturae ipsius repugnantem, omnibus acerbitatibus plenam et confertam; itaque nihil antiquius habeat oportet quam ut a rebus humanis revocet sese atque abducat, e corporis vinculis evolet, naturae sordes abiiciat. Certum rerum ordinem scriptor non tenet, immo absoluto prooemio liberrime vagatur et errat; unde fit, ut singula praecepta nullo inter se cohaereant nexu, eadem iterum iterumque redeant nec non alia aliis pugnent. — Scribendi genus quo utitur suspensum est, minus certum ac definitum idemque fusissimum latissimumque. — Lingua a veterum grammaticorum placitis nonnunquam recedit nec serioris tantummodo temporis indicia apparent, sed etiam dictionis vulgaris vestigia inveniuntur. Sed omnibus paene quibus eiusmodi quid cernitur locis alius codex ab alio discrepat, quare si minus cuncta at plurima non ad auctorem libri referenda sunt, sed librariis tribuenda.

Sed quid praecipio? nunc videamus de libri origine!

Qua in re primum audienda est vox codicum manu scriptorum. In c. B. utpote qui et initio et fine mutilus sit scriptoris nomen non traditur. In c. R. liber inscriptionem gerit رسالة هرمس الحكيم الفاضل, in c. L. titulum fert رسالة هرمس المثلّث بالحكمة. Consentiunt c. P. qui scribit رسالة هرمس الحكيم الفاضل et c. U. qui exhibet كتاب رسالة الحكيم هرمس المثلّث بالحكمة. Alii testes dissident. In c. W. legitur كتاب معاذلة[1] النفس لافلاطون *(liber reprehensionis animae a Platone conscriptus)*, in c. H. exstat رسالة ارسطاطاليس الحكيم الفاضل ويدعا زجر النفس *(commentatio Aristotelis philosophi praestantissimi quae vocatur compellatio animae)*. Denique teste Cl. A. Müller *Die griech. Philosophen in der arab. Ueberlieferung. Halle 1873.* p. 39 n. 11 et p. 44 ab Ibn Abî Useibiʿa Socrati كتاب معاتبة النفس nec non, ut videtur, Platoni كتاب في معاتبة النفس tribuitur. Iam sine dubio utrobique idem

---

[1] Cl. Wenrich De auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syr. Arab. Armen. Pers. comm. Lips. 1842. p. 119 dum in scriptione معاذلة offenditur in scirpo nodum quaerit.

scriptum agitur, quod quidem utique noster liber est[1]. Attamen primitus Hermetis nomine liber insignitus fuisse videtur[2]. Primum quattuor illi codices antea laudati scriptoris nomine ad unum omnes inter sese conveniunt, ceteri testes alius cum alio pugnant. Deinde, ut supra exposui, c. R. transscriptus esse videtur ex exemplari vetustissimo, c. W. aetatis est recentissimae. Accedunt duo alia testimonia. Ḥâdschî Chalfa III. p. 540 n. 6846 libri mentionem infert cui inscribatur زجر النفس لهرمس الهرامسة additque مختصر على فصول أوّله الحمد لمفيض العقل الخ. Quae commemoratio brevior quidem est et levior, sive quod scriptor ipse librum non inspexit sive quod fusius et subtilius eum describere nescio quam ob causam a re duxit; verum enimvero patet nostrum librum esse qui agitur[3]. Desideraveris apud Ḥâdschî Chalfam aetatis vetustatem: explet desiderium Abulbarakât qui auctore I. S. Assemani Bibl. orient. Clem. Vatic. III, 1. p. 283 n. 25 in libro cui titulus مصباح الظلمة وايضاح الحكمة[4] refert: الفاضل هرمس الحكيم له رسالة يخاطب فيها النفس تشتمل على حكم فلسفة وعظات روحانيّة ومقاييس عقليّة أبوابها اربعة عشر وتسمّى رسالة المعاتى.

Itaque auctor libri nomen induit Hermetis vel Hermetis Trismegisti.

Quod nomen Arabes a Graecis acceperunt, qui eo numen quoddam Aegyptiorum appellarunt quod deos inter et mundum

---

[1] Appellatio quae est *castigatio animae* non solum titulum codicis W. *(liber reprehensionis animae)* proxime attingit, verum etiam in praefatione invenitur quam plurimi codices libro praemittunt.

[2] Inscriptiones quoque quae sunt كتاب معاذلة النفس , زجر النفس, كتاب معاتبة النفس seu كتاب فى معاتبة النفس, si cum incerto illo رسالة, conferuntur, et ipsae postea demum ex argumento libri sumptae esse videntur.

[3] Titulus *compellatio animae* — male Flügel *divinatio animae* —, ut modo exhibui, in c. H. quoque reperitur. — A verbis *laus datori rationis* in codd. quos enumeravi liber noster non incipit, at cf. locum cap. 1, 4.

[4] De exemplis huius libri Vaticanis videndus est Assemani apud Maium Scriptorum veterum nova collectio. t. IV. p. 215 n. 106 et p. 566 n. 623; alius eius codex exstat Parisiis: Cat. codd. mss. bibl. reg. (t. I.) Parisiis 1739. p. 109 n. 84.

interpretis munere fungi idemque omnem scientiam hominibus aperuisse et artium literarumque auctor et patronus esse credebatur. Maxima autem apud Graecos auctoritate Hermes iste Neoplatonismi temporibus usus est, omnibus somniis vigentibus et artibus quae vocantur magicis efflorescentibus. Tum innumeri paene varii generis editi sunt libri Hermetis, antiquae illius Aegypti sapientiae personam agentis, nomine insigniti. Ex quibus plurimum valent scripta quaedam argumenti philosophici quae ceteras quidem in partes aliud ab alio vel maxime differunt, eo autem inter sese congruunt quod auctores e variis rationibus ac disciplinis libant quodcunque maxime veritatis specie eos movit istaque placita ad vitae usum conferenda curant [1].

A Graecis (intercedentibus Syris) Hermetis fama ad Arabes (atque ab eis ad Iudaeos) migravit. Apud quos summa floruit claritate. Missis autem multis illis et variis quae apud Arabes de eo feruntur fabulis [2], paucis exponere iuvat, quas partes obtinuerit in Arabum literis.

De philosophicorum illorum quorum modo mentionem inieci librorum Hermeticorum interpretationibus arabicis nihil compertum est. Tradit quidem Barhebraeus [3], sermones inter Her-

---

[1] De istis libris quorum nonnulli fragmentis tantummodo aut versionibus latinis ad nostram pervenerunt aetatem, ut veteriores mittam, agunt VV. Cl. Baumgarten-Crusius De librorum Hermeticorum origine atque indole. Ienae 1827. (Progr.), B. I. Hilgers De Hermetis Trismegisti Poimandro commentatio. Bonnae 1855. (Progr.), L. Ménard *Les livres d'Hermès Trismégiste.* in annal. *Revue des deux mondes. tom. 62. (1866.)* p. 870—907, quae commentatio praemissa est auctoris operi *Hermès Trismégiste. Traduction complète, précédée d'une étude sur l'origine des livres hermétiques. Paris 1866; 2. éd. Par. 1867.*, H. Kellner *Hellenismus und Christenthum. Köln 1866.* p. 237 sqq., I. Bernays *Der unter Apuleius's Werken stehende Dialog Asclepius. Berlin 1871.*

[2] Post Sanguinettium in ann. *Journal Asiatique. 5. ser. t. IV. (Paris 1854.)* p. 185 sqq. Cl. Chwolsohn *Die Ssabier und der Ssabismus. St. Petersburg 1856.* I. p. 787 sqq. molem quandam scriptorum arabicorum de Hermete locorum congessit tam magnam quam rudem indigestamque.

[3] Hist. compend. Dynast. auth. Greg. Abul-Pharajio. ed. Pococke Oxon. 1663. p. 10, l. 2 sqq.; in syriaco chronico — edd. Bruns et Kirsch Lips. 1789. p. 5, l. 11 sqq. — idem illud non invenitur.

metem Trismegistum et Tat[1] discipulum institutos et per modum interrogandi et respondendi compositos neque ad certum quendam rerum ordinem revocatos in Syriacum versos esse versosque ipsius temporibus exstitisse. Qui liber nihil aliud fuisse videtur nisi interpretatio τῶν πρὸς Τάτ solis fragmentis servatorum quae Stobaeus ab oblivione vindicavit et Cl. L. Ménard *Hermès Trismégiste . . . 2. éd. Par. 1867.* p. 225—256 collegit[2]; idemque e Syriaco facile in arabicas literas translatus sit. Sed certi quid exquiri non potest.

Permulta autem quae ab ipsis profecta sunt Arabes Hermeti Trismegisto attribuerunt.

Ac primum quidem Hermetem in numero virorum clarissimorum habuerunt, a quibus varii generis praecepta apud ipsos celebrata repetere solent, quae illorum induant auctoritate. Hinc inter alios Hermes quoque saepius recte vivendi magister exsistit.

Iam Ḥonein ben Isḥâq in libro cui inscribitur *Philosophorum dicta moralia* ut aliorum Graecorum nominis claritate excellentium ita Hermetis sententias tradit. Sunt triginta novem voces ad vitam moresque atque officia spectantes eaedemque maxima ex parte tam breviter quam graviter atque acute dictae;

---

[1] Exstat طاطي, alias invenitur طاط; atque ita quidem recte scribitur, illa autem scriptio e graeco Τάτιος fluxit quod ex errore librariorum latinorum originem duxisse videtur pro alieno illo Tat ipsorum Tatium substituentium; v. Bernaysium l. l. p. 501—502.

[2] Ill. de Sacy *Notices et Extraits* IV. p. 113 de libro quem Barhebraeus spectaverit *cet ouvrage* ait *est vraisemblablement celui que nous avons en Grec sous le titre de* Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου Ποιμάνδρης. Quae opinio utique in errore est. Etenim scripta illa quae nunc Poemandris nomine comprehendi solent aetate Barhebraei non confecerunt corpus. Sunt quattuordecim libelli, ut ita dicam, argumento, forma, origine vel maxime inter sese discrepantes, qui primum a Ficino in corpus redacti et nomine Poemandris insigniti sunt. In codd. mss. autem suam quisque inscriptionem fert et titulus Poemandris eius proprius est quem primo loco ponere solent: Fr. Patritius Nova de universis philosophia. Venet. 1593. Herm. Trismeg. fol. 3r, a; cf. Hilgersium l. l. p. 5—6. Accedit quod istis in libellis Tat non graviorem personam sustinet quam Asclepius; in eo autem qui iure Poemandres appellatur Tati ne nomen quidem occurrit. — In τὰ πρὸς Τάτ, quatenus quidem exstant, Barhebraei verba quam optime quadrant.

graeca quae feruntur Hermetis scripta non attingunt, immo complures inter proverbia arabica reperiuntur quum ab aliis tum a VV. Cl. Burckhardtio *(London 1830.)*, Fleischero (*Lpz. 1837.)*, Freytagio (Bonnae 1838—43.) edita[1].

Al-Shahrastânî quoque in libro cui titulus كتاب الملل والنحل — ed. Cureton I. p. 240—244 — حكم هرمس العظيم exhibet. Quae praecepta prorsus aliam speciem prae se ferunt quam sententiae quas Honein Hermeti vindicat, ad graeca autem scripta Hermetica et ipsa nullo pacto propius accedunt[2].

Subiungam alia catalogis tantummodo nota. In libro Mubashshiri ben Fâtik كتاب مختار الحكم ومحاسن الكلم quo continetur *collectio acute dictorum, admonitionum et observationum lepidarum* Hermes gravem agit personam: Cat. bibl. Acad. Lugd.-Bat. III. p. 342[3]. Idem cadit in librum روضة الأفراح ونزهة الأرواح quae est *altera recensio aucta libri praecedentis* a Muhammade Al-Shahrazûrio composita: ibidem III. p. 344. Denique teste Flügelio *Die arab., pers. u. türk. Hdschr. der Kais.-Königl. Hofbibliothek zu Wien.* III. p. 513 Vindobonae inter codd. arab., pers., turc. n. 1997 codex exstat collectanea complectens, in quo fol. 42^v—55^r praecepta moralia proponuntur Hermeti, Muhammadi, Luqmânio, aliis ascripta; quae quidem sententiae sine dubio de eis quos modo recensui libris depromptae sunt.

Haud desunt autem apud Arabes vestigia partium a Graecis Hermeti Trismegisto impositarum. Primum princeps est astrologiae, alchymiae, alius id genus superstitionis. Eius argumenti plurima apud Arabes foras data sunt scripta quae modo ipsa

---

[1] Exstant voces in manco Honeinii operis codice Monacensi inter codd. arab. n. 651 fol. 134^r—138^v, cuius loci exemplum mihi praesto fuit a V. Ill. Gildemeister confectum et solita comitate mihi commodatum. Alter isque integer libri codex asservatur in bibliotheca Escurialensi n. 756. De variis operis interpretationibus nuper disseruit Cl. Steinschneider in ann. *Jahrbuch für romanische und englische Literatur. Bd. XII. (Lpz. 1872.)* p. 355 sqq.

[2] Quod iam monuit Cl. *Haarbrücker Abu-'l-Fath' Muh'ammad asch-Schahrastâni's Religionspartheien und Philosophenschulen a. d. Arab. übersetzt. Halle 1850—51.* II. p. 424.

[3] Interiora quaedam de Mubashshiri libro affert Cl. Steinschneider l. l. p. 359 sqq.

ab Hermete conscripta modo ex arcanis eius praeceptis nescio quo pacto compertis hausta esse finguntur[1]. Deinde in philosophia neoplatonica excellens exstitisse existimatur. Quid? quod in celeberrimo illo Al-Suhrawardii opere حكمة الاشراق inscripto Hermes inter maximos philosophiae quae vocatur *illuminationis*[2] (i. e. neoplatonicae) auctores et patronos refertur[3]? Atque ea quidem re illustratur quo pacto nostri libri auctor adduci potuerit, ut opusculum Hermeti tribueret.

Sed redeat disputatio unde deflexit. Falso nomine inscriptus liber prodiit; quaeritur quid de vera eius origine statuendum sit.

Externum, ut ita dicam, testimonium quo quaestio dissolvatur quantum comperi non exstat; quare ad interna quae vocant indicia omnia redeunt.

Iam primum constat lingua arabica librum primitus esse conscriptum. Coniecerit enim quispiam, eum e Graeco (seu intercedente interpretatione syriaca seu non intercedente) in Arabicum conversum esse. At vero de eiusmodi libro graeco

---

[1] Unus quantum scio istius generis libellus prelum subiit, Cairi a. 1864, apud Trübnerum *Americ. and Orient. literary record. n. 29.* p. 95b sic descriptus: *Naf'al bariyat* [نفع البريات], *called Kitab al Harf* [كتاب الحرف], *by the Sage Hermes; a treatise on the magical force of the letters of the alphabet. 8vo. pp. 52.;* nonnulla docte quidem, ut solet, at saepe minus accurate atque emendate disputavit Cl. Steinschneider in commentationibus *Zur pseudepigraph. Literatur des Mittelalters. Berlin 1862.* et *Ueber die Mondstationen (Naxatra) und das Buch Arcandam.* in ann. *Ztschr. d. D. M. G.* XVIII. p. 118—201 et XXV. p. 378—428; multa per catalogos bibliothecarum in aliquam vocata sunt lucem; alia solis commemorationibus scriptorum (e quibus prae ceteris Muḥammad ibn Isḥâq et Ḥâdschî Chalfa nominandi sunt, innotuerunt.

[2] De huius philosophiae nomine et natura post Nicollium Cat. bibl. Bodl. II, 2. p. 225 n. b. egregie disseruit Cl. Pusey ibidem A. et E. p. 532a sqq.; leviores quasdam quas in dubio reliquit quaestiones dissolvit scriptor Cat. bibl. Acad. Lugd.-Bat. III. p. 352; cf. etiam Cat. cod. mss. orient. qui in Museo Britann. asservantur. II. p. 209.

[3] v. Flügelium l. l. II. p. 599, quocum bene conveniunt ea quae in Cat. bibl. Acad. Lugd.-Bat. l. l. ex Al-Shîrâzii in Al-Suhrawardii opus commentario afferuntur.

nihil compertum est; in verbis autem arabicis versionis nulla cernuntur vestigia, immo varia occurrunt quae originem postulent orientalem et arabicam.

Ipse scriptor, utrum Muhammadanus fuerit an Christianus an forte etiam Iudaeus, ambigitur. Reiske apud Fleischerum l. l. p. VI—VII inter diversas istas opiniones dubius fluctuat, postremo ad Hermetis Trismegisti partes sese applicat. Fleischer autem p. VIII in sententiam abit: *Der Inhalt spricht für einen mit Gnosticismus, Neuplatonismus, Manichaeismus oder überhaupt orientalischer Theosophie vertrauten Christen; Stil und Sprache bestätigen dies.* Iam sermo quidem habet quae Christiano magis convenire videantur quam Muhammadano (veluti Muhammadis nomen non invenitur, Qur'âni nulla fit mentio, alia); sed eadem prorsus quam quae in nostro libro exstat loquendi scribendive ratio in Muhammadanorum scriptis modo argumenti sint philosophici saepius cernitur. Argumentum autem libri acerrime repugnat. Etenim tale quid quale non possit quin referatur ad Christianum per totum librum non reperitur. At multa occurrunt quae Christiano tribuere dubitaveris, multa desunt quae ut praetermitteret Christianus vix a se impetraverit. Haud scio an talis qualem Fleischer vult Christianus nonnullas dubitationes tollat, sed restant plurimae et gravissimae. Denique librorum biblicorum scriptor utique nullam habuit notitiam. Inveniuntur loci quibus in librorum biblicorum memoriam revoceris [1], sed et rarissimi sunt et tam leviter voces biblicas attingunt, ut quopiam pacto ex eis pendere censeri non possint. Iam vero et Veteris et Novi Testamenti libros in usum conferendi pro opusculi argumento scriptori saepissime occasio oblata, facultas facta, ansa data fuit [2]. E contrario in Arabem Muhammadanis-

[1] ad cap. 3, 5—6 cf. Io. 15, 1 sqq.; ad cap. 2, 9. (5, 7.) 11, 6 cf. Prov. 1, 17. (6, 5.) 7, 23; ad cap. 5, 7 cf. Hos. 4, 11. Eccli. 19, 2; ad cap. 5, 8 cf. Prov. 23, 34; ad cap. 7, 8 (1, 3) cf. Rom. 1, 20; ad cap. 11, 12 cf. Eccli. 7, 1—2.

[2] Ad christianam libri originem probandam forsitan ad Abulbarakâti testimonium provocaveris, qui auctore I. S. Assemani in operis supra laudati capite septimo quo *de scriptoribus ecclesiasticis* agit mentionem eius inferat. At ea ex re quominus argumenti quid petas prohiberis tenebris Abulbarakâti libro offusis; immo secundum verba quae Assemani exhibet Abulbarakât utique ad Hermetem auctorem librum retulit.

mum profitentem et graeca philosophia aliquo pacto imbutum argumentum libri prorsus quadrat. Imprimis ea quae cap. 6, 14 de matrimonio proponuntur quantopere a Christiano abhorrent, tantopere in Muḥammadanum cadunt. Quid autem? quod cap. 1, 7 et cap. 8, 6—8 aperta exstant vestigia theologiae muḥammadanae? Ita rebus constitutis haud dubito scriptorem postulare Muḥammadanum.

Patriam scriptoris in dubio pono. Fleischer l. l. p. VIII *Stil und Sprache* ait *deuten auf Aegypten hin.* Quae tamen sententia multum mihi habere videtur dubitationis. In stylo scriptoris quo pacto patriae eius vestigium cerni possit prorsus non video. Linguam autem quod attinet, ea tantummodo ad calculos vocari possunt quae tum quum liber prodiit alius terrae sermonis propria, ab alius usu aliena fuerunt. At vero neque aetas scriptoris, ut illico apparebit, extra dubium versatur et historia linguae arabicae eam quidem in partem in tenebris iacet[1]. Deinde eiusmodi sermonis proprietates in eis potissimum vocabulis positae sunt quibus res significantur quas quotidianus vitae usus fert, qualia vocabula in nostro libro pro singulari eius indole raro occurrunt. Denique codicibus adeo inter sese dissidentibus saepe quaeritur utrum quid a libri auctore an a nescio quo librario repetendum sit. — Maiore fortasse iure aegyptiacae libelli originis coniecturam ex eo ceperis quod et Hermeti attributus est et in Abulbarakâti (presbyteri Aegyptii) notitiam venit. Sed explorati quid omnino non habeo.

Paullo minus obscura est quaestio de scriptoris aetate.

---

[1] Reperiantur vocabula hodie apud Aegyptios more et usu recepta, licet vocem Aegyptiis peculiarem atque a Syrorum (ut alias terras praetermittam) consuetudine alienam e libello nostro afferre nesciam. — Sane cap. 9, 7 بضائع *merces* legitur; at minus accurate Burckhardt *Arabic proverbs. London 1830.* p. 79 *In Syria* inquit *the term* رزق *is used to express „merchandise“, which in Egypt is called* بضاعة, quia رزق quidem (notione mercis) Syrorum proprium est, بضاعة autem testibus I. Berggren *Guide francais-arabe vulgaire. Upsal. 1844.* s. v. *marchandise* et R. P. Cuche *Dictionnaire arabe-francais. Beirouth 1862. s. v.* بضاعة non Aegyptiis tantummodo, sed etiam Syris usitatum est. — Sed hoc nihil ad rem: namque omnino non agitur usus hodiernus.

Praesto enim sunt tempora scriptorum qui, ut supra docui, librum cognitum habuerunt. Hâdschî Chalfa mortuus est a. Chr. 1658. Abulbarakât autem certe priore parte saeculi decimi quarti floruit[1]. Ibn Abî Useibi'a denique obiit ineunte a. 1270. Aliquanto igitur ante scriptor vixit[2]. — Ex altera autem parte libellus post conscriptum opus illud encyclopaedicum prodiisse videtur, quo inclinante saeculo decimo Fratres qui vocantur Sinceri per omnes quas Arabes eo temporis colebant disciplinas praecepta Qur'âni quae respuere nequiverunt et placita philosophorum graecorum quae omittere noluerunt iungere, conciliare, in unum corpus confundere conati sunt[3]. Eius enim operis

---

[1] Assemani apud Maium l. l. p. 242 Abulbarakâtum *nonagenarium* e vita excessisse dicit a. martyrum 1079. Qui annus est a. Christi (non 1365, ut Assemani annotat, sed) 1362—63. Quocum satis convenit, quod ibidem p. 242 et 243 librorum Abulbarakâti exempla recensentur a. Chr. 1334 et 1333 exarata.

[2] Memoratu dignum est, inter apophthegmata quae Cl. Dillmann Chrest. aeth. Lips. 1866. p. 40 sqq. e libro aethiopico cui inscribitur *liber philosophorum* excerpsit duas voces inveniri quae eaedem in nostro libello occurrunt; v. infra ad cap. 5, 6 et ad cap. 12, 3. Iam *liber philosophorum* innititur sententiis ab Arabibus viris Graecis nominis claritate insignibus attributis. Sed quaeritur num ea quae aguntur dicta a nostri libri auctore primum edita nec potius aliunde hausta sint, ita ut certum libri vestigium non exstet.

[3] De tempore quo opus compositum sit disseruit Flügel in ann. *Zeitschr. der D. M. G.* XIII. p. 19 sqq. — De fine quem scriptores sibi proposuerint videndus est Steiner *Die Mu'taziliten. Lpz. 1865.* p. 7 sqq. — Textus operis 51 commentationes complectentis arabicus nondum prelum subiit; maximam autem partem Cl. Dieterici e codd. mss. germanice vertit, cuius scripta, utpote quae infra saepissime laudaturus sim, nostro loco semel congerere placet. Commentationes 1—6: *Die Propaedeutik der Araber im zehnten Jahrhundert. Berl. 1865.* — praeterea de comment. 1. et 2. disputavit in *Ztschr. d. D. M. G.* XVIII. p. 691 sqq. —; comment. 7—13: *Die Logik und Psychologie. Lpz. 1868*; comment. 14—21: *Die Naturanschauung und Naturphilosophie. Berl. 1861 (Posen 1864)*; appendix comment. 21: *Der Streit zwischen Mensch und Thier. Berl. 1858* — arabica eius fabulae verba typis mandata sunt Calcuttae 1812 et 1842 —; comment. 22—30: *Die Anthropologie. Lpz. 1871;* comment. 31—40: *Die Lehre von der Weltseele. Lpz. 1872* — comment. 31—33 iam antea

٢ يا نفس انّى ارى كلّ شكل يحنّ الى شكله وكلّ نوع ينضاف الى نوعه فينبغى ان تكونى بهذا المعنى عارفة يا نفس انت صافية فلا تصحبى كدرا[1] وانت نيّرة مضيّة فلا تصحبى مظلما[2] وانت حيّة ناطقة فلا تصحبى ميّتا ابكم وانت عاقلة[3] عادلة فلا تصحبى جاهلا جائرا وانت طاهرة نقيّة فلا تصحبى نجسا دنسا وانت متصرّفة بالتمييز والارادة العقليّة فلا تصحبى المتحرّك حركة البهيام

٣ والالتباس والتشويش فان انت لم تتحقّقى شرحى هذا فأرينى كيف يكون الاتّفاق فى معانيك التى ذكرتها بمعانى سواك ومن المحال يا نفس ان يثبت لك اجتماع المخالفين فى معنى واحد فتيقّنى يا نفس قولى وارجعى الى ما بيّنته لك ورسمته وحددته تجدى الحقّ وتظفرى بالصواب،

[1] W. الكدر; [2] W. الظلمة; [3] R., L., B. عالمة.

2 Simile semper simile appetere, aequale aequali se coniungere video, o anima, quod verum esse ipsa quoque oportet agnoscas. Iam vero tu, o anima, munda, — quare noli societatem inire cum rebus immundis; tu lucida et splendida, — quare noli societatem inire cum rebus tenebricosis; tu vitae et orationis particeps, — quare noli societatem inire cum rebus vitae et orationis expertibus; tu intelligens et iusta, — quare noli societatem inire cum rebus nihil intelligentibus et iniustis; tu pura et candida, — quare noli societatem inire cum rebus sordidis et spurcis; tu proprio iudicio et voluntate rationali pollens, — quare noli societatem inire cum rebus quae solo impetu

3 atque appetitu moventur caeco, incerto, confuso. Cui explicationi si fidem non habes, ostendas mihi, quaeso, quo pacto ea quae tui propria esse dixi cum eis quae ceterarum rerum propria sunt convenire possint. Etenim incredibile est, o anima, existimare te duas res inter sese repugnantes in unam comprehendi posse notionem. Quare persuadeas tibi, o anima, ea quae dixi et normis eorum quae tibi exposui praescripsique atque accurate praecepi agendi rationem dirigas, ut verum invenias et rectum teneas.

٤ يا نفس ما اشغل الغريق فى الماء عن صيد السمك وكذلك ساكن
الدنيا ما اشغله عن مقتنياتها ولذّاتها بخلاص[1] نفسه إن فطن
لسوء وقوعه فيها[2] يا نفس يكفيك[3] وانت فى عالم الحسّ ما تقاسينه
من آلاتك[4] وأضدادها واوساخها فلا تضيفى الى آلاتك[5] شخصا[6]
آخر فتكونى كالغريق المرتهن فى البحر قد حمل على عاتقه حجرا
وما ارى[7] انّ غريقا ينجوا من البحر مجرّدا بنفسه[8] فكيف اذا حمل
على عاتقه آخر[9] غيره ؛

٥ يا نفس انّ سلوك طريق النجاة من قِبَلك يكون بحسب ما تعرفينه

[1] R. et L. عن خلاص, correxit Fleischer; [2] ita R. et L., W. exhibet عن مقاساتها (sic) وتمثى (l. وتمنّى) الخلود فيها اشغلته pergit ساكن الدنيا B. post ,ولذاتها بسوء وقوعه فيها مقتنياتها عن خلاص نفسه; [3] W. ويكفيك (?) غريك, R. et L. تجربتك; [4] R. et L. آلتك; [5] R. et L. آلتك, B. داتك (l. vel ذاتك vel أداتك); [6] W. شيأ; [7] B. سمع; [8] B. ان غريقا متفرّدا فى نفسه وبصعوبة ان ينجو من البحر; [9] B. شيئًا آخر.

Is qui aquis mergitur, o anima, sane (aliis rebus) ita occupatur et exercetur, ut pisces capere mittat. Perinde incola huius mundi, modo intelligat quam malo loco res suae in eo constitutae sint, anima sua servanda adeo occupatur atque exercetur, ut bona eius et voluptates missa faciat. Quamdiu in mundo sensus es, o anima, e tuo corpore eiusque contrarietatibus et sordibus satis perpeteris. Quare noli alterum quemquam tuo corpori adiungere, ne ei similis fias qui aquis mersus est simulque lapide in cervicibus suis posito impeditur et retinetur. Eum qui aquis mersus est ne ita quidem e mari evadere posse arbitror, ut solus sit secum; quo pacto vero evadet, si praeter sese etiam alterum quendam in cervicibus portat? 4

Salutis viam si initura eris, o anima, ea respicies et se- 5

وتجرّبينه وذلك انّه ان كانت معرفتك بالمحسوسات فقط فانّه فى وقت انتقالك الى ما علمتيه تنتقلين ونحوه تتوجّهين[1] وبه ترتبطين[2] وان كانت معرفتك بالمعقولات وآثرتيها على غيرها فنحوها تتّجهين[3] واليها تنتقلين وبها ترتبطين ،[4]

٦ يا نفس هذه دار المحسوسات ودار المعقولات محضرة بين يديك وكلاهما قد جرّبتيه وشاهدتيه فتخيّرى ايّهما شئت[5] لا مدفوعة ولا ممنوعة واذهبى الى احظاهما عندك فان اخترت اللبوث فى دار الحسّ فأقيمى على ما قد جرّبتيه وعرفتيه وان احببت المصير الى دار العقل فينبغى لك قبل[6] الانفصال ان تتصوّرى معنى طريقك

[1] R. et L. تتّجهين, B. تبتهجين mutatum ex تنتهجين; [2] W. adiicit وفيه تخلدين; [3] B. تبتهجين (sic); [4] verba وان كانت .... ترتبطين in W. desunt; [5] post شئت R. et L. addunt على علم; [6] R., L., B. فى وقت.

queris quae cognoveris atque experta eris. Namque si ea tantummodo quae sub sensus cadunt cognoveris, quum (ex his rebus) emigres necesse erit, ad ea quae novisti proficisceris atque in ea versus converteris eaque amplecteris; sin ea quae sola mente intelliguntur cognoveris eaque ceteris praefers, in ipsa versus converteris atque ad ea proficisceris eaque amplecteris.

6 En, o anima, domicilium rerum sensibus subiectarum et domicilium rerum sola mente intelligendarum ante oculos tuos posita. Utrumque experiendo cognovisti et coram vidisti. Iam utrumvis eligas — neque enim repulsam feres neque recusationem accipies — immigresque in id quod tibi iucundius et praestantius esse videtur. Si in domicilio rerum quae sub sensus cadunt permanere mavis, eis conditionibus quas experiendo cognovisti sedem colloces; si in domicilium rerum quae sola mente intelliguntur abire vis, priusquam discedis speciem tibi informes oportet viae quam factura sis et rationis qua eam certo

وسلوكك اياه على ترتيبه محلّا بعد محلّ حتّى تنتهى الى محلّ[1] المستقرّ
٧ فان كنت يا نفس ذاكرة لهذا الطريق[2] فاحذرى ان يحول بينك
وبينه النسيان والخوف وقت الانفصال[3] فتضلّى وتتوهى[4] وان كنت
يا نفس ناسية لهذا الطريق فتذكّريه واستعينى على تذكّره بوصف
سالكيه وخابريه فانّهم ائمّة الهدى ومصابيح الدجا والادلّاء[5] على
المسلك الى الانتهاء[6] واعلمى يا نفس انّ كلّ شىء يذهب وينتقل الى
نحو العلو ينبغى ان يكون خفيفا صافيا نقيّا ليكون اسرع
لممرّه[7] الى غايته وانّ كلّ شىء يذهب نحو السفل ينبغى ان
يكون ثقيلا كدرا وعلى حسب كدره وثقله يكون سرعة ممرّه[8]
الى غايته ؛

[1] B. المحلّ; [2] W. المحلّ; [3] R., L., B. الانتقال; [4] W. وتهلكى; [5] L. والادلى cf. [6] ita R. et L., W. pro الانتهاء exhibet وبلوغ العرض (?) القرصة (l. إنهاء) انتها العلا فلازمى افعالهم (l. الغرض), الاقصى B. post الى pergit: وارتبطى بادبهم فانك ان لازمتى فعلهم فمعهم تخلصين ; [7] لممرّه W. omittit, B. praebet الممره (الممرّة?); [8] pro وعلى حسب .... ممرّه B. ليكون اسرع الممره.

ordine, stationem post stationem, emetiaris usquedum ad stationem quietis perpetuae pervenias. Quod si viam istam animo
7 tenes, o anima, cave tempore emigrandi inter te et ipsam oblivionem et timorem intercedere patiaris, ne aberres et vageris; sin nihilominus eius oblivisceris, o anima, in memoriam revocare eam studeas, cuius rei causa narratione eorum utaris qui eam iam emensi atque experti sunt; ei enim sunt antistites recti ductus, tenebrarum lumina, duces atque indices semitae qua finem assequaris. Scias denique, o anima, necesse esse omne quod sursum versus spectat ferturque leve sit mundumque et purum, ut celeriter eo quo tendit perveniat, omne autem quod deorsum spectat grave sit et immundum, quum quo immundius est et gravius eo celerius eo quo tendit perveniat.

يا نفس انّ الاضياف [1] الشريفة ترد من عالمها الى عالم الطبيعة ٨
ورود مختبر له فاذا استعملت آلالات التى تشاهد بها الطعوم والروائح
والمبصرات * وجميع الاشياء [2] المبصرة [3] العارضة فى الحسّ نسيت
عالمها وجميع ما فيه وظنّت انّه لا شىء غير مشاهدتها [4] فى الحسّ
فحينئذ تنسا عالم العقل وتعدم ذكره فاذا زالت [5] عن النوع
الناطق قيل انّها قد ماتت ومضت مع جريان الطبيعة فمتى عادت
الى الكون الاوّل ثمّ ذكرت عالمها بعض الذكر قيل انّها قد حيّت
من مماتها وحينئذ تتعلّق بالمعنى الذى قد ذكرته مستكشفة له ٩
وباحثة عنه وعن جميع المعانى التى نسيتها اوّلا فكلّما عقلت شيئًا

* In h. v. R. et L. desinunt; cf. supra p. II.

[1] B. et W. الاصناف; [2] B. الات (sic); [3] pro وجميع . المبصرة W. وجميع ما فيه الالات; [4] B. غير ما فى مشاهدته; [5] B. زلت.

8 Illustres illi hospites, o anima, e suo mundo in mundum naturae descendunt, ut eum experiantur. Iam vero si instrumenta (sensuum), quibus res gustatui, odoratui, aspectui subiectas omniaque quaecunque in mundo sensus cernuntur atque exstant sentiunt percipiuntque, usurpant, suum ipsorum mundum cunctaque quae in eo sunt obliviscuntur putantque praeter ea quae in mundo sensus coram spectant aliud quidquam non inveniri. Exinde mundi rationis (prorsus) obliviscuntur eiusque memoriam amittunt, quo facto si ad speciem rerum rationis compotum referri non amplius possunt mortui esse dicuntur et naturae cursu ablati interiisse. Sin autem ad priorem exsistendi rationem revertuntur et sui mundi aliquo pacto reminiscuntur, e
9 morte revixisse dicuntur. Tum speciei cuius recordati sunt inhaerent eamque penitus perspicere student atque exquirere neque eam solum sed simul cunctas species quarum initio obliti sunt, qua in re quotiescunque aliquid ex eis quae obliti sunt

ممّا نسيته تجلّى بصرها وقويت صحّتها وفارقت مرضها وعند ذلك تدرك ببصر عقلها انّ جميع ما هى مشاهدة له فى عالم الحسّ انّما هو[1] خيالات اشياء لا اشياء بالحقيقة وخيال الشىء هو ظلّة بالحقيقة[2] على وجه الارض والماء وانّما عرض للنفس مرابطة اشكال الانواع دون الانواع عينها بنسيانها عالم العقل اوّلا عند ورودها الى عالم الحسّ وبتأمّلها هذه المعانى وذكرها لها تكون صحّتها من مرضها وعقلها بعد جهلها فتذهب راجعة الى تأمّل[3] المعانى الحقيقيّة[4] والحياة الدائمة السرمديّة ،

١. يا نفس تأمّلى قولى وافقهيه واعلمى ان العقل للنفس كالاب والطبيعة كالزوجة وانّ النفس جهتين تميل اليهما فتارة تميل نحو العقل[5]

[1] هو in W. desideratur, B. scribit هى; [2] vocabula وخيال ... بالحقيقة in B. desunt; [3] pro الى تأمّل, W. الخفية تام, B. بتامل; [4] B. الخفية; [5] vocabula فتارة .. العقل W. omisit.

intelligunt, oculus eorum (magis magisque) caligine liberatur, valetudo eorum corroboratur atque ex aegrotatione evadunt. Simul mentis oculo comprehendunt, omnia quaecunque in mundo sensus coram spectant nihil esse nisi rerum imagines, non res veras. Est autem imago rei revera umbra quaedam qualis in terra vel aqua invenitur. Quod vero anima studio simulacrorum variarum rerum specierum capta erat et tenta, non rerum ipsarum, ideo ei accidit, quod initio quum in mundum sensus descendit rationis mundi oblita est; eo autem quod species istas contemplari incipit earumque reminiscitur, ex aegrotatione revalescit resipiscitque postquam insciens fuit, quo quidem fit, ut discedat et ad contemplationem specierum verarum et vitam perpetuam ac sempiternam redeat.

Contempleris, o anima, ea quae dicturus sum atque intelligere ea studeas sciasque rationem animae quasi patrem esse, rerum naturam quasi uxorem. Anima autem utramque in partem sese 10

بالمناسبة كالمناسبة التى[1] بين الاب والابن وهذا هو العقل الطبيعىّ
الحقيقىّ[2] وتارة تميل نحو الطبيعة كالعاشق الذى يعشق زوجته[3]
وهذا هو العقل العرضىّ الزائل فتأمّلى يا نفس الرجل اذا خلا مع ١١
زوجته كيف تقابله بالملاعبة والضحك والملق وتكلّمه بالطف ما
يكون من الكلام وارقّه وليس ما تبدى من ظاهرها[4] كباطنها لانّها
انّما تفعل ذلك لتستعبده به وتستعمله فى اغراضها[5] وتسوقه الى
المهالك[6] فانظرى يا نفس الى[7] فعل الزوجة كيف تسقى العسل
مخلوطا بالسمّ القاتل الردىّ العاقبة ثمّ تأمّلى يا نفس الرجل اذا ١٢
خلا مع ولده كيف يقابله بالعتب والتوبيخ ويكلّمه بامرّ الكلام

[1] pro بالمناسبة . التى B. المنافقة (sic); [2] uterque cod. الخفى; [3] B. post الطبيعة pergit بالهوى كالعشق الذى يكون بين الرجل وزوجته; [4] B. ليبس ظاهر ما تبدى; [5] فى اغراضها B. om., W. exhibet فى اعراضها; [6] verba quae sunt وتسوقه الى المهالك in W. non inveniuntur; [7] W. أرن, B. istud vocabulum misit.

inclinat: modo ad rationem prae cognatione qualis inter patrem et filium intercedit, qua quidem in re cernitur ratio naturalis et vera; modo ad naturam in modum eius qui uxoris amore flagrat, qua quidem in re cernitur ratio accidentalis et fugax.
11 Iam vero contempleris, o anima, quemadmodum uxor virum, si solus est cum ea, ludo risuque et blanditiis excipiat et quam fieri potest dulcissime et mollissime cum eo loquatur. At vero alia prae se fert, alia in animo habet, quia ideo tantummodo istum in modum se gerit, ut virum in servitutem ipsius redigat eoque ad ea quae ipsa intendit uti possit atque ad loca periculosa adeunda eum impellat. Spectes igitur, o anima, quemadmodum uxor mel hauriendum praebeat mixtum veneno
12 mortifero atque exitioso. Porro contempleris, o anima, quemadmodum vir, si solus est cum filio suo, severis admonitionibus et gravibus castigationibus eum excipiat et quam amarissime

واخشنه وليس ظاهره ما يبدى من ذلك كباطنه لانّه انّما يريد
بذلك تشريفه ومنفعته[1] فى جميع حالاته فانظرى يا نفس الى
فعل الاب كيف يسقى الدواء المرّ الكريه لولده[2] مخلوطا بالصحّة
والحياة وحسن العاقبة فافهمى يا نفس هذه المعانى فما كان حقّا
فخذيه وما كان باطلا[3] فدعيه واطرحيه،

١٣ يا نفس انّما اليك اخاطب واليك اشير وايّاك اريد انّما الطبيعة
زوجتك والعقل ابوك وانّ لطمة من ابيك خير من قبلة من زوجتك،

١٤ يا نفس انّة لا بدّ لك من ابيك لانّه لا شىء يقطع المناسبة
بينك وبينه البتّة لا الفرقة ولا الاجتماع ولا الغضب ولا الرضا بل
المناسبة ثابتة على كلّ حال لا يمكن زوالها لانّه قد يمكن ان
يخلّى الرجل زوجته فتنقطع علائقه منها ولا يمكنه ان ينتفى من
والده وياخذ له والدا غيره،

[1] W. لبشرفه وينفعه; [2] W. لمنفعته; [3] B. مخالفًا.

atque asperrime cum eo loquatur. At vero alia prae se fert, alia in animo habet, quia ista agendi ratione nihil aliud petit nisi ut filio emolumento sit atque utilitati in omnes vitae conditiones. Spectes igitur, o anima, quemadmodum pater medicamentum sumendum praebeat amarum quidem et filio ingratum, at sanitate, vita prosperoque exitu mixtum. Quae praecepta intelligere studeas, o anima, eaque quae vera sunt arripias, ea quae vana mittas et reiicias.

13 Te, o anima, appello, te specto, te volo. Rerum natura est uxor tua, ratio pater tuus. Colaphus a patre tuo ductus praestat suavio ab uxore tua dato.

14 A patre tuo te abiungere, o anima, nullo pacto potes, quia cognatio quae te inter et illum intercedit nulla omnino re dirumpitur, neque separatione neque convictu neque ira neque voluntate, immo cognatio in omni conditione stat et manet, quia (facile quidem) fieri potest, ut vir uxorem suam dimittat ita ut necessitudo quae ei cum illa est dirumpatur, at vero patrem suum repudiare et alterum patrem sibi sumere non potest.

يا نفس انّه بطاعتك للعقل تحيين وتشرفين وبعصيانك ايّاه ١٥
وطاعتك للطبيعة تموتين وتنحسين فتصوّرى يا نفس حقيقة هذه
المعانى وتمثّلى بها توفّقى للسعادة وتستكملى الرشاد ،[1]

الفصل السابع

يا نفس حتّى متى والى متى انا سائق لك الى طريق النجاة ١
والمنفعة[2] فلا تنساقين وانت سائقة لى الى طريق الهلكة والمضرّة[3]
فلا أنساق معك[4] فاذا كان قد وجب هذا الخلف[5] بينى وبينك
فليس هاهنا يا نفس غير المفارقة فاذًا[6] نفترق[7] يا نفس ويمضى[8]
كلّ واحد منّا الى حيث يهوى ويريد ،

[1] vocabula الرشاد . . توفّقى in W. desunt; [2] B. addit ولك (l. لى ولك); [3] B. pergit لى ولك; [4] verba فلا . معك W. omittit; [5] B. الحدّ; [6] B. فاف (l. فأنْ); [7] W. تفترق; [8] pro ويمضى . . نفترق B. يفترق.

15 Si rationi obedis, o anima, vitae et felicitatis particeps fies, si rationi non pares sed naturae obedis, mortem subibis et infelicitatem. Quorum praeceptorum veritatem cogitatione informes tibi atque effingas, ut ad beatitudinem assequendam iuveris et facultatem nanciscaris rectae viae tenendae.

Caput septimum.

1 Quousque tandem, o anima, ego te ad salutis atque emolumenti viam ingrediendam impellam, tu vero non impelleris, tu me ad perniciei et detrimenti viam ingrediendam impelles, ego vero ut unam tecum viam capessam non impellar? Quod si ista discrepantia inter me et te intercedat necesse est, nihil relinquitur, o anima, nisi separatio ita ut discedamus, o anima, et unusquisque nostrum eo abeat quo ipse vult et tendit.

٢ يا نفس ما انت منصفة ولا عادلة ولا عاقلة ابوك مقبل عليك بتاديبه[1] ومعاتبته النافعة لك عواقبها اللذيذة ثمارها وانت معرضة عنه ومقبلة على زوجتك وخداعها وتصلالها[2] ولطف ملقها المثمر لك الاحزان والهموم والمخافة والفقر،

٣ يا نفس انه ان فاتتك فرصة العمل بالصحّة فى اوان العمل[3] فاتتك حلاوة الاستثمار والثواب على صالح الاعمال[4] فانّه من لم يغرس الشجرة فى اوان الغرس لم يتلذّذ بالثمرة عند اوان ادراك الثمر فتيقّنى يا نفس قولى هذا وافهميه ان كنت حيّة عاقلة وان كنت ميّتة جاهلة فما ابعد تيقّنك اياه وفطنتك له،

٤ يا نفس تيقّنى انّ الاضياف[5] الشريفة انّما وردت الى عالم الكون لتختبره فلمّا وردته وشافهت معانيه نسيت عالمها العقلىّ

[1] B. adiicit لك; [2] B. وظلالها, W. وظنونها; [3] vocabula بالصحّة . . العمل in B. desiderantur; [4] verba والثواب . . الاعمال B. omittit; [5] uterque codex الاصناف.

Nequaquam aequa es, o anima, nec iusta nec prudens. Pater tuus ad te se convertit institutione atque eruditione et admonitionibus quarum exitus tibi salutares et fructus voluptarii sunt, at tu declinas ab eo converterisque ad uxorem tuam eiusque fallacias, illecebras suavesque blanditias quae fructum tibi ferunt aegritudinum, curarum timorisque atque egestatis. 2

Si tempore agendi occasionem recte et apte agendi amittis, o anima, amittis quoque dulcedinem fructus percipiendi et praemii bene factorum. Etenim si quis tempore serendi arborem non serit, tempore fructuum maturitatis non delectatur fructu. Quare persuadeas tibi, o anima, ea quae dixi atque intelligere ea studeas, si quidem vitae et rationis particeps es, sin expers es, vel plurimum (nimirum) abest quin ea tibi persuadere et perspicere possis. 3

Persuadeas tibi, o anima, illustres illos hospites ideo in mundum exsistendi descendisse, ut eum experirentur. Iam vero 4

وجهلت ذاتها[1] الصوريّة فمتى[2] ادركت[3] ذكر[4] ما نسيته فقد صارت مشاهدة للحالين جميعا ومميّزة بينهما كالشرف والخساسة وملكت التخيير فى ان تلبث عند ايّهما شاءت فاذا ادركت ببصيرة عقلها علوّ المرتبة الشريفة[5] على دنوّ المرتبة الخسيسة فحينئذ تؤثر[6] الرجوع الى مناسبها بالمعنى الذى به تتّصل[7] وتنفصل ممّقارنها بالعرض نابية[8] عنه زاهدة فيه فتحقّق ذلك[9] يا نفس فانّ لك تحته راحة كثرة[10] وفائدة عظيمة وسعادة دائمة باقية ،[11]

5 يا نفس انّ المواعظ والتنبئة صقال النفوس من الصداء وانّ المرآة الصدئة بالعرض السريع الزوال يمكن للصقال جلاءها وانّ المرآة التى

[1] W. لذاتها (sic); [2] B. فماذا (l. فاذا); [3] B. استدركت (استذكرت ?); [4] B. وذكرت; [5] pro الشريفة .... ايّهما B. الرتبة الشريفة وتختارها; [6] B. ترتد (تريد ?); [7] pro به تتّصل B. هى به; [8] B. رافعة (l. راغبة); [9] B. بذلك; [10] B. كبيرة; [11] B. مضيئة.

postquam in eum pervenerunt et res eius cognoverunt, rationalis ipsorum mundi obliti sunt et conscientiam immaterialis ipsorum essentiae amiserunt. Sin autem ea quae obliti sunt reminiscuntur ac recordantur, utramque conditionem coram spectant et alteram ab altera velut praestantiam a vilitate distinguunt simulque optione utuntur in utrovis permanendi, quare si mentis acie intelligunt quantopere gradus ille praestans gradu vili sublimior sit atque excelsior, ad ea quibuscum ipsa natura qua utuntur cognati sunt redire malunt eaque quibuscum per accidens coniuncti fuerunt relinquunt, respuentes ea atque aspernantes. Quod certo cognoscas, o anima, quippe ex quo multum solatium perceptura sis, fructum praeclarum, felicitatem perpetuam et sempiternam.

5 Admonitionibus, o anima, et praedictionibus animae limantur et levigantur atque a robigine liberantur. Iam fieri quidem potest, ut speculum quod robigine affectum est per accidens

قبلت الصداء بالعرض الثابت البطئ الزوال الخارج عن حدّ القوّة
الى حدّ الفعل فقد صار لها ذلك الصداء طبعا ثانيا ثابتا مستحكما
فلن ينجح فيها عمل الصيقل[1] ولا يستخرج الصداء منها الّا
باعادتها الى النار والسبك وكذلك النفوس العرضيّة الكدرة تنجلى
بالتنبئة والمواعظ فتذكر سالفات امورها فامّا النفوس الطبيعيّة
الوسخة الكدرة[2] فليس يجلوها الّا دخولها الى مرتبة العذاب وطول
لبوثها فيه وتردّدها اليه ٭

٦ يا نفس كم يتردّد الذهب الكثير الغشّ الى النار قبل يصفو
ويتهذّب[3] وكم يدخل العود[4] المعوجّ النار قبل ان يتقوّم[5] وكم
تعاود الحنطة فى الغربال قبل يذهب غلثها ودغلها[6] وكم

[1] pro عمل الصيقل B. الجلا; [2] pro الوسخة الكدرة B. الكثيرة الوسخ والكدر; [3] verba ويتهذّب . قبل in W. desunt; [4] ita uterque codex; [5] pro يتقوّم . قبل W. لتقويمه; [6] pro ودغلها . . قبل W. ليذهب دغلها.

celeriter cessans limando et levigando poliatur; at vero in speculo, quod robiginem contraxit per accidens constans et tarde cessans atque e gradu potentiae in gradum actus progrediens ita ut iamiam alterius speculi naturae constantis atque inhaerentis vim obtineat, politoris opera nihil proficit nec robigo ab eo auferri potest nisi ita ut rursus in ignem mittatur et obrussam. Perinde animae per accidens immundae praedictionibus et admonitionibus poliuntur, ita ut conditionis qua antehac usae sunt reminiscantur; at vero animae natura sordidae atque immundae non nisi ita poliri possunt, ut gradum rerum adversarum ingrediantur et diu in eis permaneant iterumque atque iterum eas subeant.

6 Quoties, o anima, aurum cui multum inest vitii in ignem remittitur priusquam liquidum et purum evadit! Quoties radius curvus ignem subit priusquam rectus fit! Quoties triticum in cribrum revertatur necesse est priusquam res quibus mixtum et corruptum est remotae sunt! Quoties denique animae impurae

تشافه[1] النفوس الخبيثة الصدئة الوان[2] العذاب قبل ان تستقيم وترجع ٬

يا نفس انه لا يمكن احدا[3] ان يعرف فضل حلاوة العسل[4] على مرارة الصبر دون ان يذوقهما جميعا ويعلقهما بالتمييز[5] وكذلك لا يمكن النفس ان تعرف فضل حلاوة النعيم على مرارة العذاب دون ان تذوقهما جميعا وتعلقهما ٬

٧ يا نفس كم بين الخارج من شيء[6] قد خبره وذاقه فزهد فيه وبين الداخل اليه الراغب في ان يختبره ويذوقه ٬

يا نفس ان المقاتل في الحرب يتمنى الخروج منه لكرب القتال وثقل السلاح والذى لم يشاهد الحرب قط يشهى ان يلاقيه ويذوقه فان قلت[7] يا نفس انك قد[8] وصلت الى غايتك مما

[1] B. تسافه; [2] B. بالوان; [3] احدا B. om.; [4] post العسل B. interpont ويتمييز; [5] بالتمييز B. om.; [6] W. الشيء; [7] W. قبلت; [8] verba انك قد in W. desiderantur.

et robigine affectae omnes adversitates experiantur necesse est priusquam rectam rationem capessunt et convertuntur!

Quantopere mellis dulcedo amaritudini murrae praestet nemo, o anima, agnoscere potest, nisi utrumque gustavit et distinctione cognovit. Perinde anima quantopere rerum prosperarum dulcedo amaritudini rerum adversarum praestet agnoscere non potest, nisi utrasque gustavit et cognovit.

7 Quam multum interest, o anima, inter eum qui rem quandam, postquam expertus est eam et gustavit, aspernatione affectus relinquit et eum qui rem illam adit, experiri eam et gustare concupiscens!

Is qui in proelio pugnat, o anima, ex eo abire exoptat propter pugnandi acerbitates et gravitatem armorum; is autem qui nunquam proelio interfuit subire illud et gustare cupit. Si igitur ab eis quae experta es, o anima, ad ultimum finem

قد جرّبتيه فارجعي الآن الى نهايتك مما كنت فيه ونسيتيه ،[1]

٨ يا نفس متى اردت الاعتبار الاكبر فانصرفي الى تأمّل الشيء الابديّ الديمومة الازليّ الغاية السرمديّ المشاهدة[2] الذى هو مبدئ الاشياء كلّها عند ظهورها ومعيدها[3] عند دثورها والذى هو باسط الاشياء وقابضها ومبدئها ومعيدها وواضعها ورافعها[4] كلّا[5] من بعد كلّ وفرعًا[6] من بعد فرع ،

٩ يا نفس تأمّلى الاشياء الجزءيّة كيف تضعف قواها عن الثبات والديمومة فتدثر[7] عن كيانها وترجع الى كلّيّاتها وكذلك الاشياء الكلّيّة تضعف عن المساواة في الديمومة الاصل[8] الفرديّ الازليّ فتدثر

[1] pro فيه ونسيتيه B. قد نسيتيه; [2] B. المشافه (المشافهة?) additque ان لا حد مشافه (sic) شيء سرمدى; [3] B. ومغيبها; [4] verba ومعيدها . ورافعها in B. desunt; [5] W. كلّ; [6] W. وفرع; [7] B. فتترتد; [8] B. والاصل, W. الاصلى.

tuum pervenisse te existimas, iamiam ad summum terminum tuum ab eis in quibus antea fuisti quorumque oblita es redeas.

Sin autem maximam quaestionem appetis, o anima, ad contemplationem eius convertaris, qui et fine omnino caret neque unquam exordium sumpsit et ab aeterno atque in aeternum (in rebus creatis) praesens conspicitur, qui ipse omnes res quum prodeunt evocat, quum evanescunt removet, qui res expandit et aufert, evocat et removet, ponit et tollit, totum post totum, particulare post particulare. 8

Contempleris, o anima, quemadmodum res particulares stabilitati et perpetuitati impares sint evanescantque et propriam exsistentiam amittant atque ad res universales ad quas pertinent redeant. Perinde res universales primum illud principium unum solum atque aeternum perpetuitate aequare non possunt viribusque suis dilabentibus et tempore suo finito evanescunt. 9

عند انحلال قوّتها[1] وتناهى مدّتها[2] دفعة واحدة وكذلك توجد الاشياء تارة بالفعل وتارة بالقوّة دائما سرمدا ؛

١٠ يا نفس كم بين[3] خليل يرزأك ويحسدك[4] ويحوجك ويفقرك ويحزنك ويفزعك ويغمّك ويجهّلك ويغشّك ويكدّرك تتشهّين[5] البصر فيعميك وتحاولين الرشاد فيطغيك يقيّدك[6] بالمقتنيات[7] الزائلة البائدة التى لا حقيقة لها ويمنّيك الامانى الكاذبة الخسيسة التى لا وجود لها فانت[8] بائسة ابدا محتاجة فقيرة خائفة حزينة ذليلة مسكينة مظلمة صدئة مستعبدة كلّما اغنيتيه ازداد فقرا وكلّما طهّرتيه ازداد نجاسة ودنسا وكلّما صحّحتيه ازداد مرضا وانتقاضا تتوهّمين دوام خلّته وثباته وهو مسرع بجريانه الى تركك والذهاب

[1] B. قواعها; [2] B. مددها; [3] B. من; [4] W. ويسخرك;
[5] B. تتجهين, W. تنتهجين; [6] B. ويقيدك, W. يقبنك (يقنيك?);
[7] W. المقتنيات; [8] B. post فانت addit بسببه.

Perinde universae res perpetuo ac sempiterno modo in actu inveniuntur modo in potentia.

10 Quam multum interest, o anima, inter amicum qui tuis spoliis suam rem auget, invidet tibi atque obtrectat, in necessitatem et egestatem te adducit, aegritudinibus, angoribus, maeroribus te afficit, stultam te reddere, fallere, inquinare et contaminare studet, qui quum videre concupiscas te occaecat, quum rectam viam sequi velis in errores te inducit, qui denique bonorum fugacium et caducorum quibus nulla est veritas studio te imbuit et cupiditatem tibi facit rerum mendacium et abiectarum quibus nulla est realitas; unde fit ut tu perpetuo inops sis indigensque et egena, timore et tristitia cruciata, abiecta et contempta, tenebris circumfusa, robigine infecta, servituti obnoxia; quoties locupletas eum egenior fit, quoties purum eum reddis immundior et sordidior, quoties sanas eum aegrotior atque infirmior; tu amicitiam eius perpetuam ipsumque constantem esse opinaris, iste vel celerrime animum inducit ut a

عنك حينئذ يذيقك غصص الفراق وتوهان العقل[1] وهذا كله
11 يجرى عليك بضلالتك ونقصك وعمائك وجهلك فكم بين هذا
الخليل يا نفس وبين خليل غيره تصحبينه ان افتقرت اغناك وان
ضللت هداك وان جهلت علمك وان عميت بصرك لن يلزمك
غلبة[2] مؤونة[3] ولا كلفة ولا اهتمام ولا خدمة وهو ابدا معك لا
تذوقين لخلته[4] انقطاعا ولا لوجوده فقدا[5] ولا فراقا كلما دمت معه
اكتسبت من شرفه شرفا ومن نوره نورا ومن حياته حياة ومن علمه
وبصيرته علما وبصيرة ومن غنائه وعزه غناء وعزا يقنيك المقتنيات
الدائمة الابدية ويفيض عليك باللذات[6] الموجودة الخفية فانت معه

[1] pro وتوهان العقل W. وهوان الفقر; [2] غلبة in B. deest, in W. exstat علية; [3] B. مونه; [4] W. بخلته; [5] B. فقرا (num غدرا?); [6] W. بالصلات, B. بالصلاة.

te deficiat atque discedat, exinde dolores separationis et mentis errorem tibi affert, quae quidem omnia tuis tibi accidunt erroribus, imprudentia, caecitate, stultitia; — quam multum igi- 11 tur interest, o anima, istum amicum inter et alterum amicum quocum societatem inis, qui si egena es te locupletat, si erras in rectam viam te reducit, si insciens es docet te atque instituit, si caeca es visum tibi reddit; nequaquam multas molestias tibi imponet vel labores vel curas vel operas simulque perpetuo una tecum erit neque unquam amicitiam eius dirumpi vel te eum amittere eumque te relinquere senties; quoties autem una cum eo es, a praestantia eius ipsa quoque praestantiam tibi paris, a luce eius lucem, a vita eius vitam, a scientia eius et intelligentia scientiam et intelligentiam, a copia eius et auctoritate copiam et auctoritatem; (postremo) bonis perpetuis et sempiternis te auget et veras atque a sensibus remotas voluptates in te effundit; denique una cum eo quaestum

رابحة غير خاسرة فتمثّلى[1] هذا الخليل يا نفس واقترنى به[2] وانضافى اليه ؛[3]

الفصل الثامن

١ يا نفس انّ من كان له حبيب ففقده[4] ثمّ وجد مع فقده ايّاه عوضا منه وبديلا يوشك ان يسلاه وينساه ولا سيّما اذا كان الآتى[5] اوفق واحمد[6] من الماضى ومن فقد حبيبا ثمّ لم يجد منه عوضا يوشك ان يطول حزنه وتعظم حسرته ومن السياسة يا نفس إن كان لك خليل انت متحقّقة لفقده وفراقه أن تتّخذى منه بديلا

٢ وعوضا وتلتمسى لك صاحبا وقرينا[7] ومن الواجب ان يكون

[1] B. فتمثل; [2] B. اقترنى misso به (sic); [3] B. واليه انضافى وبه اتحدى; [4] W. فقده, B. وفقده; [5] الآتى B. om.; [6] W. احد (أَحَدّ?); [7] B. قرينا sine و.

facis, non iacturam. Eum igitur amicum cogitatione tibi effingas, o anima, et coniungas te cum eo atque ad eum te applices.

Caput octavum.

1 Si quis, o anima, amicum habet eumque amittit simulatque vero amisit eum aliquem invenit qui eius loco esse et vice fungi possit, mox illius memoriam abiiciet ac deponet, praesertim si novus amicus priore coniunctior (ipsi) est et praestantior. Sin autem quis amico amisso neminem invenit qui eius loco sit, paullum abest quin diutina tristitia et gravi maerore afficiatur. Quare est hoc recte vivendi praeceptum, o anima, ut si amicum habes quem certo scis te amissuram eumque a te discessurum esse, prospicias tibi aliquem qui eius vice fungatur eiusque loco

2 sit sociumque tibi quaeras et familiarem. Oportet autem poste-

المستأنف اوفق واحمد[1] من الماضى فانّه من فقد شيئًا ثمّ وجد ما هو خير منه تحوّلت مصيبته نعمة وحسرته فرحا وسرورا ،

يا نفس من[2] قبل مزايلتك عالم الكون والفساد تمكّنى من مواصلتك عالم العقل ومن قبل مفارقتك قرينك الغادر الدنئ الفانى تخيّلى فراقه وتمثّليه وتخلّى عنه مهلا مهلا واستقبلى مواصلة خليلك الآتى[3] وأنّسى به وانضافى اليه مهلا مهلا ،

٣ يا نفس انّه من كان ساكن منزل فبغضه واراد الخروج عنه فينبغى له ان يرتاد موضعا غيره قبل نقلته فانّه من[4] انتقل من موضع ولم يعرف موضعا غيره ينتقل اليه يوشك ان يبقى تائها مضطرًّا والاضطرار يلجئه الى السكنى حيث وجد على غير ترتيب ولا

[1] W. احد (?); [2] B. فمن; [3] الآتى B. om.; [4] pro فانّه من B. فان.

rior amicus priore coniunctior (tibi) sit et praestantior. Etenim si quis aliquid amittit exinde vero aliquid invenit quod illo melius, casus eius adversus in casum secundum convertitur et maeror eius in gaudium et laetitiam.

Priusquam mundum exsistendi atque intereundi relinquas necesse est, o anima, idoneam te reddas quae cum mundo rationis coniungaris et priusquam a socio tuo perfido, abiecto, caduco discedas necesse est, discessum ab eo cogitatione tibi informes atque effingas et sensim sensimque ab eo te disiungas simulque coniunctioni cum futuro amico tuo obviam properes eique assuescas et sensim sensimque ad eum te applices.

3 Si quis, o anima, in sedem in qua habitat odium concipit atque ex ea emigrare vult, priusquam emigrat alium locum sibi quaerat oportet. Is enim qui e loco quodam emigrat neque alium locum novit in quem immigret paullum abest quin perpetuo errore vagetur et (certa sede) egeat. Hac enim inopia adigitur ut domicilium collocet ubi rebus non composi-

اختيار فلعلّه يسكن بالضرورة فى موضع هو[1] شرّ[2] من موضعه الاوّل فيتنغّص[3] عيشه وتتكدّر حياته ،

٤ يا نفس انّه ما من احد يسكن فى موضع[4] [ضيّق خراب وحش] الّا وهو يشتهى ان ينتقل منه الى موضع[5] ما هو اشرف من الاوّل واوسع وابهى فما بالك انت يا نفس تؤثرين السكنى فى المساكن المظلمة الخرابة الوحشة وتتركين المساكن النيّرة المضيئة الانسيّة فحتّى متى تكونين من عمّار الخرابات[6] الوحشة وتكون مساكنك الحقيقيّة[7] منك معطّلة[8] خالية ،

٥ يا نفس تيقّنى ما اقوله لك وتدبّريه[9] وان[10] كنت متحقّقة لشىء[11] غير ما تدركينه[12] بالحواسّ الخمس فقد توجّهت الى طريق نجاتك

[1] هو e coniectura interposui; [2] B. اشر; [3] B. فينتغص;
[4] post موضع in utroque codice lacuna exstat fere verbis quae uncis inclusi explenda; [5] موضع W. om.; [6] pro من عمار الخرابات B. عمارةً للخرابات; [7] W. الاوّلة; [8] W. مظلمة;
[9] B. وتذكريه; [10] B. ان sine و; [11] B. بشى; [12] W. تذكرينه, B. تذكريه.

tis et invitus degit, forsitanque necessitate coactus loco quodam sedem constituit qui priore loco suo peior est, quo fit ut felicitas eius interpelletur vitaque turbetur.

4 Nemo unus, o anima, loco habitat [angusto, deserto, vasto], quin ex eo emigrare cupiat in locum quendam qui priore praestantior est, amplior, amoenior. Cur igitur tu, o anima, in habitationibus tenebricosis, desertis, vastis habitare mavis et lucidas illas, splendidas, amoenas habitationes missas facis? Quousque tandem in regionibus desertis et vastis commoraberis, habitationibus vere tui propriis te orbatis vacuisque relictis?

5 Persuadeas tibi, o anima, ea quae tibi dico et perpendas ea, quia si praeter ea quae quinque sensibus percipis etiam aliud quid cognitum et persuasum habes, in salutis tuae viam

وإن أنت[1] لم تتحقّقى بشىء[2] من الاشياء الّا ما تشاهدينه
ببصر الجسد وسمعه وذوقه وشمّه ولمسه فأنت اذًا موقوفة على
طريق العطب ومقاسات العذاب ،

٦ يا نفس انّ حدّ التقى كلمة يجب ان تعرفى[3] معناها فحدّ
التقى[4] ان تتّقى الاشياء الضارّة لك وإنّ شيئين[5] يكون احدهما
ضارّا[6] للآخر فينبغى ان يكونا مختلفين فى معناهما لانّ المضرّة
انّما تكون بالمخالفة كما انّ المنفعة انّما تكون بالاتّفاق ومن اتّقى
الاشياء الضارّة له كان متقيا بالحقيقة ومن واصل الاشياء الضارّة[7]
فقد صار لا متّقيا بالحقيقة البتّة لا لضارّ ولا لنافع فمن واصل
الاشياء الضارّة له واتّقى الاشياء النافعة له فقد يقال له ايضا انّه

[1] uterque codex كنت ; [2] B. شيئًا ; [3] B. تعقليها وتتيقنى ;
[4] B. الاتقا (l. الاتّقاء) ; [5] ita corrigere liceat (quum aptioris quid non habeam) utriusque codicis lectionem وكل شىء (pro وإنّ شيئين) ; [6] W. صار, B. ما صار ; [7] B. النافعة.

conversa es, sin autem nihil nisi ea quae corporis aspectu, auditu, gustatu, odoratu, tactu sentis cognitum et persuasum habes, in via interitus et perpessionis miseriae atque infelicitatis collocata es.

6 Cautio, o anima, vocabulum est cuius sententiam cognoscas oportet. Cernitur cautio in eo, quod res tibi perniciosas caves. Duae autem res quarum altera alteri perniciosa est natura inter se repugnent necesse est, quia perniciosa rei vis ipsa repugnantia efficitur, quemadmodum salubritas ipsa convenientia. Si igitur quis res ipsi perniciosas cavet, revera cautus est; si quis res perniciosas sequitur (res salutares autem non sequitur), revera prorsus non cautus est neque a rebus perniciosis neque a rebus salutaribus; denique si quis res ipsi perniciosas sequitur simulque res ipsi salutares cavet, item incautus esse dicitur quippe qui ea quae ipsi salutaria sunt ca-

غير متّقى[1] ان اتّقى ما ينفعه وواصل ما يضرّه وليس يوجد فى ٧
الموجودات شىء آخر لا يكون ضارّا ولا نافعا فان آثرت يا نفس
المنفعة فواصلى الاشياء الموافقة لك فى معانيك وان آثرت المضرّة
فواصلى الاشياء[2] المخالفة لك فى معانيك[3] وان آثرت الحيرة والتوهان
والاشتراك والشكوك[4] فواصلى الاشياء النافعة لك[5] والاشياء الضارّة
جميعا ان لا تجدين حالا من الاحوال غير ما[6] قد رسمته لك فتيقّنى ٨
يا نفس هذه المعانى فان كنت نيّرة مضيّة فلا تشافهى المظلمة[7]
وان كنت حيّة ناطقة فلا تشافهى الموتى البكم وان كنت عاقلة
مميّزة فلا تشافهى الجهال والعميان يا نفس تهدّى الى الشىء
النافع لك باتّفاقكما فى المعنى ولا تتهدّى الى الشىء[8] الضارّ لك

[1] pro غير متّقى W. يتقى; [2] verba الاشياء .... الموافقة in W. desunt; [3] W. الحسّ; [4] W. والسلوك, B. والشرك; [5] verba فواصلى . . لك W. omittit; [6] B. من; [7] W. الظلمة; [8] verba النافع .... الشىء in B. omittuntur, verba ولا تتهدّى in W. quoque desiderantur.

7 veat, ea quae perniciosa sequatur. Aliud quid autem quod nec perniciosum est nec salutare omnino non invenitur. Quare si salutem appetis, o anima, res naturae tuae convenientes sequaris; si perniciem, res naturae tuae repugnantes sequaris, si denique perturbationem, mentis errorem, animum distractum et diductum dubitationesque, res tibi salutares et res perniciosas simul sequaris: aliam enim praeter has quas tibi exhibui con-
8 ditionem non invenies. Quae praecepta persuadeas tibi, o anima, eamque ob rem si ipsa lucida es et splendida, — noli consuetudine uti rerum tenebricosarum; si ipsa vitae et orationis particeps, — noli consuetudine uti rerum vitae et orationis expertium; si ipsa intelligentia et iudicio praedita, — noli consuetudine uti rerum nihil intelligentium et mentis lumine carentium. Hac igitur norma, o anima, vitam dirigas, ut ad res quae tibi salutares sunt, naturis vestris inter sese convenientibus, te applices, res autem quae tibi perniciosae sunt,

باختلافكما فى المعنى فما كان نافعا لك فخذيه وما كان ضارًّا لك فاطرحيه واحذريه ٬

٩ يا نفس ان عزمت على النقلة من مسكن انت ساكنته فانتقلى الى مسكن يكون اشرف من المسكن الاوّل ليشتدّ سرورك بنقلتك فانّه من انتقل من بيت مظلم ضيّق خراب وحش الى بيت نيّر مضىء رحب آنس يوشك ان يبقا مسرورا بنقلته فرحا بحسن عاقبته ٬

١٠ يا نفس احذرى الخطأ فى السياسة فانّ ثمرة الخطا هى العذاب بعينه لانّ الخطأ والزلل لا يثمران الّا خطأً وزللا وسوء عاقبة وان ثمرة الاصابة وحسن التهدّى هى النعيم بعينه لانّ الاصابة وحسن التهدّى[1] لا يثمران الّا اصابة وهدى وحسن عاقبة ٬[2]

[1] vocabula quae sunt هى .... وحسن التهدّى in utroque codice omissa e coniectura addidi; [2] W. post الّا pergit الاصابة والتهدّى وحسن التهدّى والعاقبة.

naturis vestris inter sese repugnantibus, fugias; denique quae salutaria tibi sunt ea arripias, quae perniciosa ea reiicias et caveas.

9 Si consilium capis, o anima, e habitatione in qua habitas emigrandi, immigres in habitationem priore praestantiorem, ut e translato domicilio magnam percipias laetitiam. Is enim qui e domo tenebricosa, angusta, deserta, vasta emigrat in domum lucidam, splendidam, amplam, amoenam, paullum abest quin perpetuo translato domicilio laetetur et prospero exitu suo gaudeat.

10 Cave, o anima, in instituenda vitae ratione pecces. Fructus enim peccatorum ipsa est infelicitas, quia peccata et errata nihil ferre possunt nisi peccata, errata exitumque adversum. Rectae rationis autem et bonae disciplinae fructus ipsa est felicitas, quia recta ratio et bona disciplina nihil ferre possunt nisi rectam rationem, bonam disciplinam exitumque secundum.

يا نفس انّه من غرس النخل وجدّ فى خدمته اكل الرطب والتمر[1] ١١
وحمد عاقبته ومن غرس الصفصاف والعلّيق عدم الثمر وذهبت
خدمته وتعبه باطلا وذمّ عاقبته فتهدّى يا نفس فى جميع احوالك
الى أخذ[2] ما هو نافع لك وترك ما هو ضارّ لك لتكونى من النفوس
الموفّقة الرشيدة المقترنة بالسعادة الابديّة الدائمة،

يا نفس تيقّنى ما انا باسطه لك وممثّله فانّى اختبرت هذا العالم ١٢
وبحثت عنه فوجدت هيولاه على جهة الابتداء[3] فكلّ ما[4] لطف
وشرف امتاز الى العلو وكلّ ما[5] تكاثف وخشن امتاز الى السفل[6]
ثمّ وجدت الحركة الفلكيّة تقسم هيولا هذا العالم الى اربعة اصول[7]
وهى النار والهواء والماء والارض وانّى اعتبرت هذه الاركان الاربعة فى

[1] B. والثمر, W. والثمرة ; [2] B. آخر, W. اهل ; [3] scriptio الابتداء suspecta mihi est, licet in utroque codice exstet ; B. post الابتداء addit (?) لا على معنى اختيار ; [4] W. فكلما ; [5] W. وكلما ; [6] uterque cod. اسفل ; [7] B. فصول.

11 Si quis palmas serit, o anima, easque studiose curat, dactylos et humidos et aridos percipit atque exitum suum laudat; sin quis salices et plantas inutiles serit, nullos fructus percipit, curam et laborem perdit, exitum suum accusat. Hac igitur, o anima, in omnibus conditionibus vivendi lege utaris, ut res tibi salutares arripias, res tibi perniciosas mittas, quo in numerum animarum recipiaris quae dei auxilio fruuntur, rectam viam sequuntur felicitatisque sempiternae et perpetuae participes fient.

12 Persuadeas tibi, o anima, ea quae tibi explanaturus et propositurus sum. Ego enim hunc mundum expertus sum atque exploravi intellexique materiam eius (non ab aeterno esse, immo) initium cepisse. Deinde inter ea quae subtilia et praestantia et ea quae spissa et aspera erant ita distinctum est, ut illa omnia ad supera, haec omnia ad infera referrentur. Porro intellexi, motu coelesti materiam huius mundi in quattuor rerum elementa divisam esse, ignem, aerem, aquam, terram; quae quattuor principia quomodo moverentur et quibus proprietatibus

حركاتها ومعانيها فوجدتها تتحرّك بالطبع حركة هيام وموت؛ لا حركة
١٣ عقل وخبرة وانّى وجدت اشياءً كائنة من هذه الاركان ذات حياة
ونطق وعقل فعجبت كيف تكون الاشياء الميّتة الجاهلة[1] اصولا
للاشياء الحيّة العاقلة ثمّ قلت لعلّ هذه الاركان اذا امتزجت فى
ابدان الحيوان الناطق احدثت فيها حياة وعقلا ولكن كيف
ينساغ فى العقل ان يمتزج الميّت بالميّت فينتج من[2] بينهما حىّ
١٤ او يمتزج جهل بجهل فيكون من[2] بينهما عقل فدفعتنى الضرورة
حينئذ الى ان اقول انّ هذا الشىء الحىّ العاقل هو شىء ليس من
هيولى هذا العالم اعنى عالم الكون والفساد بل من[3] اشياء طارئة
عليه[4] واردة وصادرة وانّه من الممتنع ان يكون الموت ينبوع الحياة
وان يكون الجهل ينبوع العقل فينبغى يا نفس ان تتيقّنى انّ هذا

[1] W. الهالكة; [2] من in W. deest; [3] B. هى; [4] pro
طارئة عليه B. طابرة غريبة.

uterentur accuratius consideravi intellexique, ea natura sua caeco quodam atque inanimo impetu, non ratione et intelligentia duce moveri. Iam vero res inveni istis ex principiis constantes 13 easdemque vita, oratione rationeque praeditas; quare miratus sum quo pacto fieri posset, ut res inanimae et rationis expertes elementa essent rerum animatarum et rationis participum. Exinde opinatus sum, fortasse principia ista si in corporibus rerum vitae et orationis compotum inter se miscentur, vitam et rationem in eis gignere. At vero quomodo rationi convenit, e duabus rebus inanimis inter sese mixtis rem effici animatam, vel e duabus rebus rationis expertibus inter sese mixtis rem fieri rationis participem? Itaque necessitate eo adductus sum, ut statuerem 14 res istas vitae et rationis compotes non ex huius mundi — mundum exsistendi atque intereundi dico — materia constare, immo nescio quam ob causam (aliunde) in eum devenisse atque ut accessisse ita discessuras esse nec fieri posse, ut res inanima fons sit rei animatae, res rationis expers fons rei rationis participis. Quare persuadeas tibi oportet, o anima, res

الشيء الحيّ العاقل ليس هو من اركان هذا العالم بل هو شيء آخر غيره فابحثي عنه لتعرفيه[1] واستكشفي حاله لتختبريه فبذلك تسعدين وتستكملين علمك[2] كمالا ،[3]

[1] B. واعرفيه; [2] B. علمى; [3] uterque cod. وكمالك.

illas vitae et rationis compotes non ex principiis huius mundi constare, immo prorsus aliud quid esse. Explores igitur res istas ut eas cognoscas, et quomodo constitutae sint penitus perspicere studeas ut eas experiaris, qua quidem re felix ac beata fies et scientiam tuam perfectam reddes atque absolutam.

Ad cap. 6.

Pergit scriptor animam admonere ut missis rebus humanis in sua ipsius servatione omnem collocet industriam.

§. 2—3. Proverbii loco aiunt [1] كلّ شىء يميل الى شكله; cf. autem c. 3, 2 et c. 8, 8.

§. 4. Dissuadetur matrimonium (cf. §. 10—14).

§. 5—7. Priusquam res humanas relinquit anima rebus futuris provideat oportet et prospiciat; cf. c. 8, 1—4. — De §. 5—6 v. ad c. 3, 7. — In §. 7 non solum sententia sed etiam verbis auctor convenit cum Fratribus Sinceris. Finem enim Fratrum Sincerorum commentationis 9. breviter complectens Dieterici *Die Log. u. Psych.* p. 173 *Es erfolgt* ait *eine ausführliche Ermahnung die gegebenen Vorschriften zu beherzigen und den Wandel der Gottvertrauten zu wählen. Jene seien die Imame (Vorsteher) der rechten Leitung, die Fackeln der Finsterniss.*

§. 8—9. De animae in res humanas descensu plura exhibui ad c. 2, 5—6. — *Illustres hospites* (§. 8) dicuntur animae (cf. c. 7, 4), quae appellatio quum omnino in Platonicorum de anima doctrinam optime quadrat, tum imprimis Philonis locum De conf. lingu. Phil. opp. ed. Pfeiffer III. p. 348—350 in memoriam redigit. — Rationem inter res sola mente intelligendas et res sensibus subiectas intercedentem scriptor c. 1, 5—6 et c. 2, 7 illustravit. Similitudo *umbrae,* ut apud Graecos usitatissima est, ita apud Arabes quoque saepius invenitur. Al-Ghazzâlî ap. Tholuckium Comm. de vi quam graeca philo-

---

[1] *Omnis res ad rem ipsi similem inclinat.* Freytag l. l. III. p. 447 n. 2688.

sophia in theologiam tum Muhammedanorum tum Iudaeorum exercuerit. Hamb. 1835—37. I. p. 17 *mundi corporalis* ait *ad eum mundum, de quo modo diximus* — sc. *mundum rei (realis) atque angelorum* —, *rationem talem, qualis umbrae ad corpus hominis, esse scito*[1]; idem simile Al-Shahrastânî l. l. p. 210, 5 orthodoxo cum Sabaeo disputanti tribuit nec non Abû Sulaimânio vocem Plotino tributam interpretanti p. 335, 1 sqq.

§. 10—14. Mira quaedam similitudo quae tamen aliquo pacto accedit ad Fratres Sinceros qui animam in rebus humanis versantem et corpore inclusam conferunt *einem weisen guten Mann in einer fremden Stadt, der aber durch die Liebe eines thörichten schlüpfrigen Weibes von schlechtem Charakter versucht wird. Diese sucht ihn fortwährend mit lieblichen Speisen und Getränken, mit prächtigen Kleidern und niedrigen Begierden und aufgeputzten Wohnstätten zu locken. Der früher weise Mann wendet dann durch die grosse List ihrer Liebe und grosse Versuchung verführt alle seine Sorge darauf, ihre Angelegenheit zu ordnen, so dass er selbst seiner Vaterstadt, seiner Verwandten und ihrer Güte vergisst.* ap. Dietericium *Die Anthropologie.* p. 132[2].— De anima modo ad rationem modo ad naturam se inclinante (§. 10) cf. Fratres Sinceros ap. Dietericium *Die Lehre von der Weltseele.* p. 14.

---

[1] Perperam Franck *Die Kabbala a. d. Französ. übersetzt von Gelinek. Lpz. 1844.* p. 84 Tholuckio exprobrat quod istum Al-Ghazzâlii locum cum Neoplatonicorum placitis nec potius cum praeceptis sectatorum Zoroastris contulerit, qui *in denselben Ausdrücken — indem sie sich nämlich desselben Bildes bedienten — das Grundprincip ihres Glaubens darstellten* teste Th. Hydio Historia religionis veterum Persarum. Oxon. 1700. p. 299 (ap. quem p. 298—300 versa invenis quae refert Al-Shahrastânî l. l. p. 185, 8—188, 1). Etenim Zoroastris asseclae ista similitudine prorsus aliud quid volunt quam Al-Ghazzâlî — *zur Naturnothwendigkeit der Existenz* (sc. lucis) *gehöre der Gegensatz* (sc. tenebrarum) Haarbrücker l. l. I. p. 282 —, idem autem quod Al-Ghazzâlî Platonici graeci iterum atque iterum eadem imagine exprimunt: exempla collegit Creuzer l. l. p. 203 sqq. — Cum Zoroastris sectatoribus eandem rem eodem simili explicat Mani apud Al-Shahrastânium p. 188 s. f.

[2] Proverbia quae sunt الدنيا قحبة فيوم عند عطّار ويوم عند بيطار (ap. Freytagium l. l. III. p. 159 n. 965) et חבל זונה ידועה (ap. Dukesium l. l. p. 3 n. 4) illam similitudinem non attingunt.

Ad cap. 7.

§. 2. Qui esset animae pater, quae uxor, scriptor modo c. 6, 10—14 exposuit.

§. 4. Sententiam vocabuli مُرِّيّ *immaterialis* accuratius enucleabo in appendice; ceterum cf. ad c. 6, 8—9.

§. 5. *Robigine* significantur animae vitia, quae similitudo (a speculo sumpta) infra quoque c. 10, 2—3 uberius explicatur et omnino Arabibus vel maxime celebrata est[1].

§. 8. Quod Deus *maxima quaestio* (materia inquisitionis et cognitionis) vocatur, e Plat. De rep. VI. p. 505a sqq. repetendum esse videtur, quo loco Socrates ostendit *τὸ μέγιστον μάθημα* esse *τὴν ἰδέαν τοῦ ἀγαθοῦ.*

§. 9. *Das Vorhandene* Fratres Sinceri aiunt *zerfällt in zwei Arten, Alldinge und Theildinge. Die Alldinge sind die Anfänge, diese ordnen sich; zuerst die erhabensten, dann die niedrigeren bis zum letzten. Sie bilden 9 Stufen wie die 9 Einer: das Erste der Schöpfer, die Ursache aller Ursachen; dann die Vernunft; die Seele; die Natur; Urmaterie; der allgemeine Körper; der Allhimmel; die vier Elemente; die drei Producte, von denen das letzte das Mineral ist.* [cf. ad c. 1, 8—11.] *Die Theildinge dagegen beginnen von ihrem mangelhaftesten Zustand und steigen dann auf, eins nach dem anderen, bis zur höchsten Vollendung.* ap. Dietericium *Die Anthropologie.* p. 133—134; cf. p. 118. Noster *rebus universalibus* elementa rerum, *rebus particularibus* singulas res quae ex elementis constant significare videtur.

§. 10—11. Duo amici illi sunt mundus sensus et mundus rationis; cf. c. 8, 1—2.

---

[1] Iam prophetae tribuitur: Meid. XXX, 46 cf. Schol. in Harîr. Maqâm. ed. II. p. 121, l. 19—20 [quacum sententia de visitatione sepulcrorum conferas voces iudaicas a Dukesio *Zur rabbin. Spruchkunde. Wien 1851.* p. 1 allatas] multisque subest dictis proverbialibus: Meid. X, 236; Fleischer *Ali's hundert Sprüche. Anh. I.* n. 66 cf. Freyt. l. l. III. p. 141 n. 850 [quo loco utique recte coniicit editor pro كلار codicis legendum esse كلاز]; n. 89, Freyt. III. p. 168 n. 1020; n. 237, Freyt. III. p. 508 n. 3051.

Ad cap. 8.

§. 1—4. Priusquam ex hac vita excedit anima vitae futurae curam impendat oportet. *So* ait auctor Fratrum Sincerorum commentationis 22. ap. Dietericium l. l. p. 18 *sagt der Prophet: Einsichtig ist der, welcher sich selbst kennt und für das, was nach dem Tode ist, wirkt.* [cf. Meid. XXX, 2.] *Verständig ist der, welcher sein Herz der Welt entreisst, ehe der Leib von der Welt scheidet. . . . Bevor diese leibliche Stadt zerfällt, nehme man sich eine ewige Wohnstätte in der geistigen . . .*

§. 6—8. التقى *cautio* est vocabulum e Qur'âno in ethicen muḥammadanam receptum, quod in universum significat fugam rerum quibus detrimentum capere possis a vita futura (cf. §. 8 et 11), ab interpretibus Qur'âni autem in complures gradus distinguitur: v. Beidhâwium ad Sûr. 2, 1 et 2 ap. Fleischerum I. p. 14, 18 sqq. et p. 15, 15 sqq.

§. 10—11. Conferas similem locum c. 9, 8.

§. 12. Eodem modo Fratres Sinceri ap. Dietericium l. l. p. 163 res distribuunt: *Die Substanzen zerfallen in zwei Gattungen. Das was von ihnen hoch und zart ist, heisst Hochsubstanz; das niedrige und dicke aber heisst Niedersubstanz.* — Quemadmodum e motu orbium coelestium quattuor rerum elementa originem duxerint, Aristotelis et Platonicorum placita inter sese miscens, explanat Al-Fârâbî Font. quaest. c. 9—11.

§. 13—14. Simili argumentatione Plotinus Enn. II. 9, 5 Gnosticos impugnat: *ἄλογος δὲ καὶ ἡ παρεισαγωγὴ αὐτοῖς τῆς ἑτέρας ψυχῆς ταύτης, ἣν ἐκ τῶν στοιχείων συνιστᾶσι· πῶς γὰρ ἂν ζωὴν ἡντινοῦν ἔχοι ἡ ἐκ τῶν στοιχείων σύστασις; ἡ γὰρ τούτων κρᾶσις ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἢ μικτὸν ποιεῖ ἢ ξηρὸν ἢ ὑγρὸν ἢ μίγμα ἐκ τούτων· ... ὅταν δὲ προστιθῶσι καὶ ἀντίληψιν αὐτῇ καὶ βούλευσιν καὶ ἄλλα μυρία, τί ἂν τις εἴποι;*

Vita.

Natus sum Gladbaci Monachorum a. 1851 d. XVII. a. Cal. Apriles patre *Ignatio Bardenhewer*, hypothecarum conservatore, matre *Albertina Dick*. In urbe patria primis literarum elementis imbutus, postquam progymnasium quod ibidem floret absolvi, ad gymnasii pensum conficiendum Novesium me contuli. Hinc auctumno a. 1868, maturitatis testimonio munitus, almam Friedericiam Guilelmiam Rhenanam petii, sacris literis operam navaturus. Mox quum intelligerem quantopere literae orientales et semiticae ad theologiam facerent, inde a semestri $18^{69}/_{70}$, theologicis intermissis, si minus unice at praecipue in ediscendas linguas semiticas incubui. Quibus in studiis viam mihi monstraverunt et muniverunt VV. Ill. Io. Gildemeister et Eug. Prym, quorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio.

Sententiae controversae.

---

1. Is. 8, 22 quod Masorethae scripserunt וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח mutaverim in וְאֹפֶל הַמְּנֻדָּח.

2. Consonans *l* in formis Aramaismi biblici quae sunt לֶהֱוֵא, לֶהֶוְיָן, לֶהֱוֺן merae literae quam vocant praeformativae vices gerit et firmioris soni causa pro molliori *j* substituta esse videtur.

3. Perperam Ill. Ewald *Die Proph. des A. B. 2. Ausg. Gött. 1867—68.* III. p. 305 Aramaeum quod in libro Esdrae exstat eo quod in libro Danielis invenitur maioris vetustatis speciem prae se ferre contendit.


4. In libro Iubilaeorum aethiopice verso ed. Dillmann (Kiliae et Londini 1859) p. 60, 13—14 emendandum esse videtur *vanaṣṣîrômû malâʾ^{e}kta q^{e}dâsê laq^{e}dâsê qaddasô laʾ^{e}sraʾêl*; — p. 63,17 lectum velim *vav^{e}sta zaj^{e}mal^{e}k ʾamlâk varada k^{e}llû zarʾû kama jekûn laʾ^{e}gzîʾabḥêr ḥ^{e}zba r^{e}st*; — p. 74, 12—13 fortasse restituendum est *vaʾîbamentnî k^{e}llômû ʾ^{e}lla tavakkalû bômû vak^{e}llômû ʾ^{e}lla jetvêkalû bômû.*


5. Ad formandam pers. 3. sing. masc. imperf. linguae Semiticae primitus non litera *n* Syris recepta (ܢܩܛܘܠ) usae sunt — quod vult Ill. Ewald *Abhandlg über die geschichtl. folge der Semit. sprachen. Gött. 1871.* p. 18—19 — sed litera *j* ceteris dialectis usitata (יקטל).

6. E vocabulorum quae res nativas spectant in linguis Semiticis convenientia et discrepantia de earum linguarum inter se cognatione vel propinquiore vel remotiore certi quidquam colligi non potest, unde simul intelligitur, haud circumspecte agere eos qui rebus Indogermanicis illa ratione illustrandis student.


7. Scripta placitaque Platonis apud Arabes accuratius cognita et latius diffusa fuerunt, quam vulgo (ex. gr. Cl. Tholuck Commentatio de vi quam graeca philosophia in theologiam tum Muhammedanorum tum Iudaeorum exercuerit. Hamb. 1835—37. I. p. 7; Cl. Steiner *Die Muʿtaziliten. Lpz. 1865.* p. 15 n. 4) arbitrari solent.

8. Ad literarum arabicarum studia magis magisque provehenda libris arabicis quantopere edendis tantopere opus est interpretandis.












LIBRARY OF CONGRESS
0 027 249 393 5